



Sala  
Lento

De el feno docha cartaxe  
na  
Xarabi de cinco raizes sin  
bina gre. y Xarabi de on  
di ba simple de cada  
uno una. y un y tra  
ta nta agua cogida con so  
los granos de naranjas y se  
Xarabi tomara diez mana  
nos a ras y alot q se saque  
de la mano de cada cinco  
ya de agua  
mucha De agaras y de labar  
paros y fundido de cada uno  
de ba un o tres pesantes  
la coladura se le merlon  
y se ponga de agua de lengua  
hues.

2-27003

REGVLA  
S AN CTISSI-  
MI BENEDICTI  
MONACHORVM

*Handwritten initials*

omniu. n patris almi-  
fici.

Sequens ostendit pagella que in hoc  
contiaentur libro.

*Alcort de la Compañia de Nra Señora*



*Handwritten text, possibly a signature or name, written in a cursive script.*

SALMANTICÆ.  
Apud Ioannem Baptistam à Terra  
noua. 1569.

Esta tassado por los señores del Con-  
sejo Real en maravedís



*cusas tuo nomini nuncuparam) hac  
 enchiridij formula cū regula excude  
 ret, quod intellexi nostris monachis  
 oppido quā gratus accidisse, ut cōmo-  
 dius manibus circum ferri possent. In  
 regula uero id adhibui studij, ut mar-  
 ginum spacijs loca omnia adscribe-  
 rem, quæ à sanctissimo patre nostro  
 Benedicto in ea citantur. Hæ autem  
 tabulæ nostræq; regula cui nã æquius  
 dicari poterant, quam tibi, qui & hu-  
 ius semper obseruantissimus fuisti: &  
 illarum primus extitisti possessor?  
 Quam ob rem tuæ fuerit humanita-  
 tis hanc tenuem ingenioli nostri op-  
 pellam, perpetuum meæ in te obser-  
 uantiæ testimonium, paterno animo  
 excipere, meque qua soles beneuolen-  
 tia amplecti ac fouere. Vale.*

Præ-

**P R A E F A -  
 T I O A D M O -  
 nachos congrega-  
 tionis Sancti Be-  
 nediicti.**



Voniã de-  
 cet eos, q̄  
 aliqua le-  
 ge regun-  
 tur minimè ipsius igna-  
 ros esse, atq; ideo eius  
 legis præcepta sæpiùs  
 debere ijs, qui ea tenen-

¶ 3 tur,

tur, proponi, ac inculcari: multò id magis in ea lege agendum est, in qua salutis animi cardo versatur: quam legem euangelicam esse constat, ad quam tamen diligētius, & ad vnguem obseruandam etiā vsq; ad ea, quæ summū obtinent locum, nempè cōsilia, Deus optimus maximus pro sua erga genus

nus humanū benignitate quosdam nobis tradidit veluti secūdos legislatores, quorū & doctrina, & exēplo ad eius legem obseruandam induceremur. Inter quos meritò primº locus datur sanctissimo patri nostro Benedicto, cuius admiranda doctrina in eius splendet regula, & sanctissimum exemplū

in eius vitę discursu. Ut  
 igitur ij, qui sub eius mi-  
 litant regula, magis im-  
 promptu vtrumq; ha-  
 beât, coniunximus hęc  
 velut in enchiridio &  
 regulâ, & ipsius antefi-  
 gnani vitam, quã bea-  
 tissimus Gregorius in  
 secundo dialogorũ scri-  
 psit. Quia verò ad spiri-  
 tualis vitæ exercitatio-  
 nem in nostra congre-  
 gatio-

gatione sancti Benedi-  
 cti Vallisoletani solent  
 tyronibus dari medita-  
 tiones quædam ediscē-  
 dæ, ex libro qui dicitur  
 exercitatorium vitę spi-  
 ritualis, quem edidit  
 vir sanctitate insignis  
 F. Garfias à Cisneros,  
 olim Abbas Montifer-  
 rati, ac illius monaste-  
 rij reformator, eas hic  
 hortatu admodum re-

uerendi patris F. Benedicti de Arteaga, Abbatis Sanct. Vincentij Salmanticensis, & electi abbatis Sanct. Stephani de Ribasdel sil ad iunximus, quò faciliùs præmanibus haberi possint. Cumque nõ deceat ea, quæ à summis Põtificibus nostræ congregationi indulta sunt, à monachis igno-

ignorari, addidimus breue compendium earum concessionũ, quæ ad manus nostras deuenere: dum interim insigne opus propediè in lucem proditurum à proceribus nostræ cõgregationis præparatur. Nunc his paucis contenti estote, patres obseruandi, & Apostolicis fauoribus liben-

Praefatio.

benter fruimini: ac pro  
ijs , qui in eis colligen  
dis laborarunt , pias  
ad Deum fundi-  
te preces. Va  
lete.

## Index

INDEX.

ALPHABETI-  
cus eorum omnium,  
quæ in hac Diui Benedicti  
regula continen-  
tur.

A



- Abbas quomodo Christi-  
uices agat. fo. 5. & 56.  
Abbas diligenter cogitet  
quid sit. fo. 7. & 56.  
Abbas fratres ad consi-  
lium adhibeat. fol. 8.  
Abbas qualiter circa hospites se habe  
re debeat. fol. 46. & 47.  
Abbas non sit personarum accepta-  
tor. fo. 6.  
Abbatis qualitas. fo. 5.  
Abbatis nomen qui suscipit, qua do-  
ctrina

Index.

Strina suis debeat præesse discipulis.	fol. 6.
Abbatis officium.	fo. 7.
Abbatis sollicitudo circa excommunicatos.	fo. 29.
Abbatis coquina.	fol. 47.
Abbatis mensa.	fol. 49.
Abbatis ordinatio.	fol. 56.
Abbatis frænum.	fol. 57.
Abbatis sollicitudo circa infirmos. folio.	35.
Absentum fratrum commemoratio. folio.	60.
Alleluja quibus dicatur temporibus. folio.	22.
Animarum salutem abbas in omnibus conquirat.	fol. 30.
Apostatæ quoties recipiantur.	fo. 31.
Artifices monasterij qualiter se gere- re debeant.	fol. 50.
B	
<b>B</b> Alnearum vsus quibus, & quan- do concedatur.	fo. 35.
Bene-	

Index.

Benedictio ministrorum mensæ. fo- lio.	35.
Benedictio lectoris mensæ.	fo. 36.
Benedictionis petitio à prætereunti- bus.	fo. 48.
Bibendum quòd non sit ad satietatem vsque.	fo. 38.
Bibere uel comedere extra horâ quòd nullus præsumet.	fo. 41.
Bonorum operum instrumenta quæ sint.	fol. 9.
Breuientur orationes in conuentu. folio.	26.
Breuiètur lectiones in matutinis quan- do.	fol. 19.
C	
<b>C</b> ædere, aut excommunicare vt quisquam passim nõ præsumat. folio.	61.
Cantare, & legere non præsumant in- capaces.	fo. 43.
Carnium esus quibus liceat.	fo. 37.
Cella-	



## Index.

Cellarius monasterij qualis esse de- beat.	fol. 31
Charitatem fraternam sibi mutuo ca- sto impendant amore.	fo. 63.
Ciborum mensura qualis.	fo. 37.
Cibum augere Abbas potest.	ibid.
Clericorum susceptio.	fo. 53.
Cómovens quomodocúmque; Prior, é, pro- stratus satisfaciat.	fo. 62.
Comedere extra monasterium nullus audeat.	fo. 46.
Cómunia sint omnibus omnia.	fo. 33.
Congregationis ordo.	fo. 55
Corporis proprij potestatem profes- sus non habet.	fo. 52.
Correpti sepius quid si non emenda- uerint.	fo. 30.
Corripiantur qualiter pueri in mino- ri etate.	fo. 31.
Culparum excommunicatio.	fo. 28.
Cultus diuini dispositio, & horarum ordinatio.	fo. 18. v. l. q. 26.
Curratur omnibus relictis ad opus Dei.	

## Index.

fol. 40.

Dei

## D

<b>D</b> Are omnia necessaria Abbas de- bet.	fo. 49.
Dare, & accipere nulli licet sine Ab- batis licentia & iussione.	fo. 33
Decani monasterij eligantur.	fo. 27.
Defendere quis alium non audeat.	fo- lio. 61.
Delinquentium pœna, & correctio. folio.	42.
Detur cuique quod opus est.	fo. 33.
Disciplina psallendi.	fo. 26.
Disciplina suscipiendorum fratrum. folio.	50.
Discipulorum obedientia.	fo. 11.
Distributio psalmorum.	fo. 24
Diuina officia in noctibus.	fo. 18.
Diuina opera qualiter per diem gan- tur.	fol. 23.
Dormitionis dispositio.	fo. 27.

¶¶

Ætas

Index.

E

- A**ETas in ordine non discernatur. fol. 55.  
 Blationem fugiant ordinati in sacris. folio. 55.  
 Euagare extra monasteriũ quod non expediat. fol. 60.  
 Eulogia, vel literas nullus sine licentia accipiat. fol. 48.  
 Excommunicatio culparum. fol. 28.  
 Excommunicationis modus qualis esse debeat. fol. 28.  
 Excommunicati pro grauioribus culpis ab oratorio, & a mensa, quomodo satisfaciant. fol. 41.

F

- F**Abulis vacans quomodo corripiatur. fol. 44.  
 Fallentiam in oratorio satisfactio. folio. 42.  
 Ferramenta monasterij qualiter tractentur.

Index.

- Etentur. fol. 32.  
 Festinent se fratres ad horas praeuenire. fol. 27.  
 Flectere genua laborans in oratione debet. fol. 45.  
 Fœmoralia excutes recipiant. fol. 49.  
 Frater fratri non iungatur hora incõperenti. fol. 44.  
 Fratres egressi de monasterio, an, & quoties recipi debeant. fol. 31.  
 Fratres, qui longè ab oratorio laborant, aut iuant in via, qualiter se habere debeant. fol. 45.  
 Fratres quando foras manducare non debeant. fol. 46.  
 Fratres sibi inuicem sint obedientes, folio. 62.  
 Fructus si necesse fratres per se colligant. fol. 43.

G

- G**enera monachorum quot sint. folio. 4.

Index.

- Gradus obedientiæ primus quis sit.  
folio. 11.  
Gradus humilitatis qui, & quot sint.  
folio. 14. usq; .18.  
Graviori disciplinæ quis subiaceat.  
folio. 29.  
Et quid de his, qui sine Abbatis licen-  
tia insurgunt excommunicatis. ibid.

H

- H**ebdomadarius lector. fo. 36.  
**H**ebdomadarij coquinæ quali-  
ter fornicat. fo. 34.  
Honorem se invicem præveniant fra-  
tres. fo. 55.  
Hora competenti dentur, & petantur  
necessaria. fo. 32.  
Hora operis Dei à quo sit signanda.  
folio. 43.  
Hospitalium susceptio. fo. 46.  
Humiliare se debet monachus. fo. 13.  
Humilitatis gradus duodecim recen-  
sen-

Index.

- sentur. fo. 14.  
I.  
**I**aceant permixtim iuvenes, & se-  
nes. fol. 27.  
Indigeries nunquam monacho tarre-  
pat. fo. 37.  
Ieiunandi tempora. fol. 38.  
Indumenta fratrum. fo. 48.  
Impossibilia fratri quid si iniungan-  
tur. fol. 60.  
Infirmorum cura. fo. 35.  
Ingressus facilis non detur novitijs.  
folio. 50.  
Instrumenta bonorum operum quæ  
sint. fo. 9.  
Iuniores priores suos honorét. fo. 56.  
Iuniores benedictionem petant à præ-  
tereuntibus. fo. 56.  
Iuvenum disciplina. Ibi.  
Iuvenibus balnea tardiùs concedan-  
tur. fo. 35.

L

३ Labor

## Index.

- L**abor manuum quotidianus. fo. 43.  
 Lauare pedes hospitibus debent.  
 folio. 47.  
 Lectisternia fratrum Abbas frequen-  
 ter visitet. fol. 49.  
 Lectio mensis fratrum de esse non de-  
 bet. fol. 36.  
 Lektioni quando vacandum. fo. 39.  
 Lectoris conditio. fol. 36.  
 Linguam ad loquendum prohibeat mo-  
 nachus. fol. 10.  
 Loci ordinatio. fo. 55.  
 Loquendi rara licentia. fo. 12.  
 Lumē in dormitorio nocte ardeat. fo-  
 lio. 27.

## M

- M**agistrā regulam omnes se-  
 quantur. fol. 9.  
 Matutini qualiter priuatis diebus a-  
 gantur. fol. 21.  
 Matutinorum solennitas quomodo a-  
 gatur. ibid.  
 Mix-

## Index.

- Mixtum accipiant ministri, & lector.  
 folio. 36.  
 Monachi an quid proprium habere  
 debeant. fol. 33.  
 Monachi quomodo dormiant. fo. 27.  
 Monachi peregrini qualiter suscipian-  
 tur. fol. 53.  
 Monachorum genera quot sint. fol. 4.  
 Monasterium quomodo debeat con-  
 strui. fol. 60.  
 Murmuratio ante omnia caueatur. fo-  
 lio. 33.

## N

- N**ecessaria omnia quod a patre  
 monasterij sunt speranda. fo. 33.  
 Nihil proprium habeant monachi.  
 Ibi.  
 Nobilium susceptio. fol. 52.  
 Nocturna laus qualiter ætatis tempo-  
 re agatur. fol. 19.  
 Nomine puro nullus alium nominet.  
 ¶¶ 4 fol.

## Index.

folio.	56
Nouitiorum susceptio.	fo. 50.
Nouitij probentur in omni patientia.	
folio.	50. & 51.
Nouitio non licet post professionem collum excutere de sub iugo regulæ.	fo. 51.

## O

<b>O</b> bedientiæ gradus primus quis sit.	fo. 11.
Obedientia sine mora monacho conuenit.	ibid.
Obedientia non solû abbati, sed etiam fratribus est exhibenda.	fo. 62.
Oratio sit breuis, & pura.	fo. 26.
Oratio breuietur in cõuentu.	ibid.
Orationis reuerentia.	ibid.
Oratorium monasterij.	fo. 46.
Ostarius monasterij qualis esse debeat.	fo. 59.
Omnitas monacho nocet.	fo. 43.
Pau-	

## Index.

## P

<b>P</b> auperum susceptio.	fo. 52.
Potus mensura.	fo. 38.
Præpositi qualitas, & ordinatio.	fo. 58.
Professionis monachorû forma.	fo. 74
Proprietatis abdicatio.	fo. 33.
Pfallendi disciplina.	fo. 26.
Psalmi quot horis nocturnis dicendi.	19.
folio.	
Psalmi quot per horas diurnas dicendi.	fol. 23.
Psalinorum distributio.	fol. 24.
Psalterium ex integro psallatur per hebdomadam.	fo. 25.
Pueri in minori ætate qualiter corripiantur.	fo. 31.
Pulmentaria duo sufficiant.	fo. 37.

## Q

<b>Q</b> uadragesimæ observatio omni tempore paucorum est.	fo. 45.
<b>Q</b> uadragesimæ tẽporibus orationi vacandum esse.	fo. 44. & 45.
Quot sint psalmi per horas dicendi.	
	¶¶ 5 folio.

folio.	Index.	23.
	<b>R</b>	
<b>R</b> ationē quomodò reddet Abbas de suis iudicijs.		fol. 9. & 55.
<b>R</b> ationem quomodò reddet Abbas de omnibus sibi cōmissis.		fol. 9. & 57.
<b>R</b> ebellis, & contumax quomodò puniatur.		fol. 30.
<b>R</b> efectionis hora.		fol. 38.
<b>R</b> eficientes non vtantur lumine.		folio. 38.
<b>R</b> egulæ imperfectio.		fol. 73.
<b>R</b> egulæ districtio senibus & infantibus non teneatur.		fol. 36.
<b>R</b> egula nouitijs ter sub anno legatur.		folio. 51.
<b>R</b> egulam præsentem Abbas in omnibus conseruet.		fol. 58.
<b>R</b> equirenda à priore cum humilitate requirantur.		fol. 13.
<b>R</b> es fratrum malè tractantium pœna.		fol. 33.
<b>R</b> ifus facilitatem caueat monachus.		folio.

lio.	Index.	10. & 17.
	<b>S</b>	
<b>S</b> acerdotis ordinatio.		fol. 54.
<b>S</b> acerdotum susceptio.		fol. 53.
<b>S</b> anis balneum tardiùs concedatur.		folio. 35.
<b>S</b> atisfactio negligētiarum.		fol. 42.
<b>S</b> currilitatis prohibitio.		fol. 13.
<b>S</b> eniores honorentur à iuuenibus.		folio. 56.
<b>S</b> enun vel infantum cura.		36.
<b>S</b> eptimanarij coquinæ.		fol. 54.
<b>S</b> eruare quomodò debeāt fratres per se.		Ibi.
<b>S</b> igno audito, omnes currant ad horas.		fol. 44.
<b>S</b> ignis necessaria petantur.		fol. 36.
<b>S</b> ilentij tempus.		fol. 39.
<b>S</b> ilentium omni tempore seruare studeant monachi.		Ibid.
<b>S</b> ummo cum silentio oratorium excaut.		fol. 46.
<b>S</b> ummum silentium in mēsa teneatur.		folio. 36.

Index.

- folio. 36.  
 Summum silentium in dormitorio teneatur. fo. 27.  
 Summum silentium post completoriũ teneatur. fol. 39.

T

- T**Aciturnitas commendatur. folio. 12. & 17.  
 Tacere quando debeamus. ibid.  
 Tardè venientibus ad opus, seu horas vel mensam pœna. fo. 40.  
 Ter recipiatur apostata. fo. 31.  
 Timeant fratres Deum. fo. 14.

V

- V**Asa monasterij mundè tractentur. fo. 32. & 34.  
 Vestimenta itinerantium sint meliora. folio. 49.  
 Vestimentorum qualitatem, & quantitatem Abbas consideret. fo. 48.  
 Vestiti dormiant monachi. fo. 30.  
 Viatorum directio. fo. 49. & 60.

Via

Index.

- Viatores monachi qualiter se regere debeant in exitu, & reuersione. fo. 60.  
 Victus ordinatio. fo. 37  
 Vigiliæ qualiter dominicis diebus agantur. fol. 20.  
 Vigiliæ in sanctorum natalitijs qualiter agantur. fol. 22.  
 Vinum monachorum antiquitùs non fuit. fo. 38.  
 Voluntatem proprij cordis nullus sequatur. fol. 15.  
 Vox nullius in mensa nisi legentis audiatur. fol. 36.

Z

- Z**elus quomodò sit duplex, bonus, & amarus. fol. 62.  
 Zelus fratrum quòd sit bonus. ibi.

Finis indicis.

# ERRATA EORVM

quæ in tabella rerum illustrium hordinis sancti benedicti continentur.

- F**olio. 8. pagin. 2. lin. 2. vbi dicitur quod. lege quod.  
fol. 10. pag. 1. lin. 6. vbi apse, lege ipse.  
fol. 11. pag. 1. lin. 3. vbi dialegorum lege dialogorum.  
fo. 12. p. 2. li. 3. vbi nobus lege nobis.  
fol. 14. pag. 2. lin. 1. vbi medcus lege medicus.  
fol. 17. pag. 1. lin. 16. vbi celebrarij lege ccelebrari. Et pag. 2. lin. penul. vbi intar lege inter.  
fol. 18. p. 2. lin. 19. vbi anni, lege anno  
fol. 19. pag. 2. lin. 15. vbi Tolctauum lege Tolletanum.  
fo. 20 pag. 1. lin. 11. vbi Callistius lege Callistus.  
fol. 21. pag. 1. lin. 3. vbi dicitur. monasterijs frigidile lege monasterij fontis frigidile. Et lin. 11. vbi Panuimus lege Panuinus

## Errata.

- quinus. Et p. 2. lin. 9. vbi nominatus lege nominatos.  
fol. 22. pag. 1. lin. 1. lege Imperatores.  
Et lin. 5. vbi ingres. lege ingressi. Et p. 2. lin. 4. vbi nostris lege nostri.  
fol. 21. pag. 1. post Vrbanum. S. adde Paulū. 4. ex monacho S. Seuerini Neapolis: sedit ann. 4. mens. 2. die. 4. Vixit anno dñi. 1555. de quo aliqui dubitat an monachus fuerit.  
fol. 27. pag. 2. lin. 8. vbi monachos aduerte Leandrum nō fuisse monachum legionensis, quo nanq; monasterio vixerit nō satis constat post syluestrum.  
2. quisequitur aduerte fuisse Ioanē. 9.





Fol. 1.  
**REGVLA SAN**  
**CTISSIMI PA-**  
**TRIS BENE-**  
**DICTI.**

*In nomine Domini nostri Iesu Chri-  
 sti. Incipit prologus regule Sanctissi-  
 mi patris nostri Benedicti Abbatis,  
 eximij confessoris, patris monacho-  
 rum.*



**A** VSCVLTA, ò fili,  
 præcepta magistri,  
 & inclina aurè cor-  
 dis tui. & admoni-  
 tionè pij patris li-  
 benter excipe, &  
 efficaciter cõple:  
 vt ad eum per obedientie laborem re-  
 deas, a quo per inobediètiã desidia  
 recesseras. Ad te ergo nunc meus ser-  
 mo dirigitur, quisquis abrenunciã  
 proprijs voluntatibus, Domino Chri-

## Regula

sto vero regi militaturus, obedientiæ fortissima, atq; præclara arma assumis. Imprimis, vt quicquid agédū inchoas boni, ab eo perfici instatissima oratione deposcas: vt qui nos iam in filiorū dignatus est numero computare, non debeat aliquando de malis actibus nostris contristari. Ita enim ei omni tempore de bonis suis in nobis parédum est, vt non solum vt iratus pater, suos non aliquando filios exhæredet: sed nec vt metuédus dominus irritatus malis nostris, vt nequissimos seruos perpetuam tradat ad pœnã, qui eum noluerint sequi ad gloriam.

**R**esurgamus ergo tãdem aliquando, excitãte nos scriptura, ac dicẽte. Hora est iam nos de somno surge-  
Rom. c. 13. re. Et apertis oculis nostris ad deificũ lumen attonitis auribus audiamus, diuina quotidie clamans quid nos admoncat vox dicẽs. Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

## Beati Benedicti.

2

stra. Et iterum. Qui habet aures audiẽ Apoc. di, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. c. 2. Et quid dicit? Venite filij, audite me, Psal. timorem domini docebo vos. Currite 33. dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ Ioan. mortis vos comprehendant. Et quæ- c. 2.rens dominus in multitudine populi sui, cui hæc clamat, operarium suum, iterum dicit. Quis est homo qui vult Psal. vitã, & cupit dies videre bonos? Quod 33. si tu audiens, respondeas: Ego, dicit tibi Deus. Si vis habere veram & perpetuam uitam, prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquãtur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & sequere eam. Et cum hæc feceritis, oculi mei super vos: & aures meæ ad preces vestras: & antequam me inuocetis, dicã, Ecce adsum. Quid dulcius nobis hac voce domini inuitantis nos, fratres charissimi? Ecce pietate sua demonstrat nobis dominus viam vitæ.

A 2

Sup

Regula

**S**vecinctis ergo fide, vel obseruan-  
tia bonorū actuum lūbis nostris,  
& calciatis in præparatione euangelij  
pacis pedibus, pergamus itinera eius:  
vt mereamur eum, qui nos vocauit, in  
regno suo videre. In cuius regni ta-  
bernaculo si volumus habitare, nisi il-  
luc bonis actibus currendo, minime  
peruenitur. Sed interrogemus cū pro-  
pheta dominum, dicentes ei. Domine,  
quis habitabit in tabernaculo tuo: aut  
quis requiescet in monte sancto tuo?  
Post hanc interrogationem fratres, au-  
diamus dominum respondentem, &  
ostendentem nobis viam ipsius taber-  
naculi, & dicentem. Qui ingreditur  
sine macula, & operatur iustitiā. Qui  
loquitur veritatem in corde suo, qui  
non egit dolum in lingua sua. Qui nō  
fecit proximo suo malum: & oppro-  
brium non accipit aduersus proximi-  
mum suum. Qui malignū diabolū  
aliqua suadentem sibi, cum ipsa sua-

Psal.  
14.

2 3

fione

Beati Benedicti. 3

sione sua à conspectibus cordis sui re-  
spuens, deduxit ad nihilum, & paruu-  
los cogitatus eius tenuit, & allisit ad  
Christum.

**Q**ui timent Dominum, de bona  
obseruantia sua, non se reddūt  
elatos: sed ipsa in se bona nō  
à se posse, sed à domino fieri existimā-  
tes, operantem in se dominum magni-  
ficant, illud cum propheta dicentes.  
Non nobis domine, non nobis: sed no-  
mini tuo da gloriam. Sicut nec Pau-  
lus apostolus de prædicatione sua sibi  
aliquid imputauit, dicens. Gratia Dei  
sum id quod sum. Et iterum ipse dicit:  
Qui gloriatur, in Domino gloriatur.  
Vnde & dominus in euāgelio ait. Qui  
audit verba mea hæc, & tacit ea, simi-  
labo eum viro sapienti, qui edificauit  
domum supra petram. Venerūt flumi-  
nā, flauerūt venti, & impegērūt in do-  
mum illam, & non cecidit: quia fun-  
data erat supra petram. Hæc complēs

Psal.

113.

1. Cor.

15.

1. Cor.

1. & 2.

Corin.

10.

Matth.

7.

A 3 domi-

## Regula

dominus, expectat quotidie, his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Ideo nobis propter emendationem malorum huius vitæ dies ad inducias relaxantur, dicente apostolo,

Rom. An nescis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit? Nam pius dominus dicit. Nolo mortem peccatoris, sed  
Ezech. vt magis conuertatur, & viuat. Cùm  
c. 18. ergo interrogassemus dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audiuius habitandi præceptum. Sed si compleamus habitatoris officium, erimus hæredes regni cælorum.

**E**Rgo preparanda sunt corda nostra, & corpora sanctæ præceptorum obedientiæ militatura: & quod minus habet in nobis natura possibile, rogemus dominum, vt gratiæ suæ iubeat nobis adiutorium ministrari. Et si fugientes gehennæ pœnas, ad vitam volumus peruenire perpetuam, dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus,

## Beati Benedicti. 4

mus, & hæc omnia per hanc lucis vitæ vacat implere, currendum, & agendum est modo, quod in perpetuum nobis expediat. Constituenda est ergo à nobis dominici schola seruitij. In qua institutione nihil asperum, nihilque graue nos constituturos speramus. Sed & si quid paululum restrictius, distante æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum, vel conseruationem charitatis processerit, nõ illico pauore perterritus refugias viam salutis, quæ nõ est nisi angusto initio incipienda. Processu vero conuersationis & fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei: vt ab ipsius nunquam magisterio discedentes, in eius doctrina vsque ad mortem in monasterio perseuerantes, passionibus Christi per patientiam participemus, vt regni eius mereamur esse consortes. Amen.

Regula  
I N C I P I T R E G V L A  
E I V S D E M.

*De generibus, uel uita monachorum.*

Cap. I.



Monachorum quatuor genera esse, manifestum est. Primum cœnobitarum, hoc est monasteriale, militans sub regula, uel Abbate. Deinde secundum genus est anachoritarum, id est eremitarum. Horum qui non conuersionis feruore nouitio, sed monasterij probatione diuturna didicerunt contra diabolum multorum solatio iam docti pugnare, & bene instructi fraterna ex acie ad singularem pugnam cremi, securi iam sine consolatione alterius, sola manu, uel brachio contra uitia carnis, uel cogitationum Deo auxiliante, pugnare sufficiunt. Tertium uero monachorum terribilissimum genus est Sarabaitarum, qui nulla regula appro-

bati,

Beati Benedicti. 5

bati, experiētia magistra: sicut aurum fornacis, sed in plumbi natura molliti, adhuc operibus seruantes seculo fidē, mentiri Deo per tonsuram noscuntur. Qui bini, aut terni, aut certē singuli sine pastore, non dominicis, sed suis inclusi sunt ouilibus: & pro lege eis est desideriorum uoluptas, cum quicquid putauerint, uel elegerint, hoc dicunt sanctum: & quod noluerint, hoc putant non licere. Quartum uero genus est monachorum, quod nominatur gyro uagum. Qui tota uita sua per diuersas prouincias, ternis, aut quaternis diebus per diuersorum cellas hospitatur, semper uagi, & nunquam stabiles, & proprijs uoluptatibus, & gula illecebris seruientes, & per omnia deteriores Sarabaitis. De quorum omnium miserima conuersatione melius est silere, quam loqui. His ergo omissis, ad cœnobitarum fortissimum genus disponendum, adiuuante domino veniamus.

A 5

Qua-

Regula  
*Qualis debeat esse Abbas.*  
Cap. I I.



Abbas, qui præesse dignus est monasterio, semper meminisse debet quod dicitur, & nomen maioris factis implere. Christi enim agere vices in monasterio creditur, quando ipsius vocatur prænomine, dicente Apostolo, Accepistis spiritum adocationis filiorum, in quo clamamus abba pater. Ideoq; abbas nihil extra præceptum domini (quod abfit) debet docere, aut constituere, aut iubere. Sed iussio eius, vel doctrina fermento diuinæ iustitiæ in discipulorum mentibus conspergatur. Memor sit semper abbas, quia doctrinæ suæ, vel discipulorum obedientiæ, vtriusque rei in tremendo iudicio Dei facienda erit discussio. Sciatque abbas culpæ pastoris incumbere quicquid in oui-

Beati Benedicti. 6

in ouibus paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantum iterum liber erit, vt (si inquieto, vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus vniuersa fuerit cura exhibita) pastor earum in iudicio domini absoluitus, dicat cum propheta domino. Iusti psal. *psal.*  
tiam tuam non abscondi in corde meo, 39. *psal.*  
veritatem tuam, & salutare tuum dixi: *Esa. i.*  
ipsi autem contemnescentes spreuerunt me. Et tunc demum in obedientibus curæ suæ ouibus poena sit, eis præualens ipsa mors.

**C**um ergo aliquis suscipit nomē abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis, id est, omnia bona, & sancta factis amplius, quam verbis ostendere, vt capacibus discipulis mandata domini verbis proponat, duris verò, corde & simplicioribus, factis diuina præcepta demōstret. Omnia verò, quæ discipulis docuerit esse

## Regula

esse contraria, in suis factis indicet nõ agenda: ne alijs prædicans, ipse reprobis inueniatur, nequando illi dicat

Pfalm. 49. Deus peccanti. Quare tu erras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinã, & proiecisti sermones meos

Mat. 7. post te. Et qui in fratris tui oculo festucam videbas, in tuo trabem non vidisti. Non ab eo persona in monasterio discernatur. Non vnus plus ametur, quàm alius, nisi quem in bonis actibus, aut obedientia inuenerit meliorem. Non præponatur ingenuus ex seruitio conuertenti, nisi aliqua rationabilis causa existat. Quòd si ita iustitia distante, abbati visum fuerit, de cuiuslibet ordine id faciat, sin aliter, propria teneant loca. Quia siue seruus, siue liber, omnes in Christo vnum sumus, & sub vno domino æqualem seruitutis militiam baiulamus. Quia non est apud Deum personarũ

acce-

## Beati Benedicti.

7

acceptio. Solummodò in hac parte apud ipsum discernimur, si meliores alijs, in operibus bonis, & humiles inueniamur.

**E**Rgo æqualis sit omnibus ab eo charitas: vna præbeatur omnibus secundum merita disciplina. In doctrina nanque sua abbas apostolicam debet illam semper formã seruare, qua dicit. Argue, obsecra, increpa, id est, mi-<sup>2. ad Ti</sup>scens tẽporibus tempora, terroribus<sup>moth.</sup> blandimẽta, dirum magistri, pium pa-<sup>4.</sup>tris ostendat affectum, id est, indisciplinatos, & inquietos debet durius arguere, obedientes autem, & mites, & patientes, vt in melius proficiant, obsecrare. Negligentes autem, & cõtemnentes, vt increpet, & corripiat admonemus. Neque dissimulet peccata delinquentium, sed mox vt cõperint ori-<sup>1. Reg.</sup>ri, radicitus ea (vt præualet) amputet,<sup>cap. 3.</sup> memor periculi Hely sacerdotis de Sylo. Et honestiores quidem, arque intel-

## Regula

Intelligibiles animos prima, vel secunda admonitione verbis corripiat: improbos autem & duros ac superbos, vel inobedientes verberum, vel corporis castigatione, in ipso initio peccati coerceat, sciens scriptum. Stultus verbis non corrigitur. Et iterum. Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.

Prou.  
c. 18.  
Prou.  
c. 23.

**M**eminisse debet semper abbas quod est, meminisse quod dicitur, & scire, quia cui plus comittitur, plus ab eo exigitur. Sciatque, quam difficilem, & arduam rem suscepit, regere animas, & multorum seruire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus. Et secundum vniuscuiusque qualitatem, vel intelligentiam, ita se omnibus conformet, & aptet, ut non solum detrimenta gregis sibi commissi non patiat, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat. Ante om-

nia

## Beati Benedicti. 8

nia ne dissimulas, aut parui pedens salutem animarum sibi commissarum, plus gerat sollicitudine de rebus transitorijs, atque terrenis, & caducis: sed semper cogitet, quia animas suscepit regendas, de quibus & rationem redditurus est. Et ne causetur de minori forte substantia, meminerit scriptum. Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacentia vobis. Et iterum. Nihil deest timetibus eum. Psal. Sciatque, quia qui suscipit animas regendas, praeparat se ad rationem reddendam. Et quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum, agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum est redditurus domino rationem sine dubio, addita & suae animae. Et ita timens semper futuram discussionem pastoris de creditis sibi ouibus, cum de alienis ratiocinans cauet, redditur de suis sollicitus. Et cum de admonitionibus suis emen-

datio-



Regula  
dationem alijs subministrat, ipse effi-  
citur à vitijs emendatus.

*De adhibendis ad cōsiliū fratribus.*

Cap. III.



Voties aliqua præcipua agenda sunt in monasterio, conuocet abbas omnem congregationem, & dicat ipse vnde agitur. Et audiens consilium fratrum, tractet apud se prudenter, & quod vtilius iudicauerit, faciat. Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia sæpe iuniori dominus reuelat, quod melius est. Sic autem dent fratres consilium cum omni humilitatis subiectione, vt non præsumant procaciter defendere quod eis visum fuerit, sed magis in abbatis pendeat arbitrio, & quod salubrius esse iudicauerit, ei cuncti obediant. Sed sicut discipulis conue-

nit

Beati Benedicti. 9  
nit obedire magistro: ita & ipsum pro  
uidè, & iustè condecet cuncta dispo-  
nere. In omnibus igitur omnes magi-  
stram sequatur regulam, neq; ab ea te-  
merè declinetur à quoquã. Nullus in  
monasterio proprij sequatur cordis  
voluntatem. Neq; præsumat quisquã  
cum abbate suo proteruè intra, aut  
extra monasterium cõtendere. Quòd  
si præsumperit, regulari disciplinae  
subiaceat. Ipse tamen abbas cum ti-  
more Dei, & obseruatione regulæ o-  
mnia faciat, sciens se proculdubiò de  
omnibus iudicijs suis acquisitimo iudi-  
ci Deo rationem redditurum. Si qua  
verò minora agenda sunt in monaste-  
rij vtilitatibus, seniorum tantum vta-  
tur consilio, sicut scriptum est. Omnia  
fac cum consilio, & post factum non  
pœnitebis.

*Quæ sunt instrumenta bonorum o-  
perum. Cap. IIII.*

B

In

## Regula

**I**N primis dominum Deum diligere  
 Lex toto corde, tota anima, tota vir-  
 tute: deinde proximum tanquam se-  
 ipsum. Deinde non occidere, nō adul-  
 terare, non facere furtum, non concu-  
 piscere, non falsum testimonium dice-  
 re: honorare omnes homines, & quod  
 sibi fieri quis non vult, alij ne faciat.  
 Abnegare semetipsum sibi, vt sequa-  
 tur Christum. Corpus castigare, deli-  
 cias non amplecti, ieiunium amare,  
 pauperes recreare, nudum vestire, in-  
 firmum visitare, mortuum sepelire, in  
 tribulatione subuenire, dolētem con-  
 solari, à seculi actibus se facere alie-  
 num. Nihil amorì Christi præponere.  
 Iram non perficere, Iracūdiæ tempus  
 non referuare. Dolum in corde non  
 tenere, Pacem falsam non dare: Cha-  
 ritatem non derelinquere. Non iura-  
 re omnino, ne fortè periaret. Verita-  
 tem ex corde & ore proferre. Malum  
 pro malo non reddere. Iniuriam non  
 facere,

Beati Benedicti. 10

facere sed & factā patienter sufferre.  
 Inimicos diligere. Maledicētes se non  
 remaledicere, sed magis benedicere.  
 Persecutionem propter iustitiam su-  
 stinere. Non esse superbum. Non vi-  
 nolentum. Non multum edacem. Nō  
 somnolentum. Non pigrum. Nō mur-  
 murosū. Non detractorem. Spem  
 suam Deo cōmittere. Bonum aliquod  
 in se cum viderit, Deo applicet, non si-  
 bi: malum verò semper à se factū sciat,  
 & sibi reputet. Diē iudicij timere, ge-  
 hennam expauescere. Vitam æternam  
 omni concupiscentia spiritali desy-  
 derare. Mortem quotidie ante ocu-  
 los suspectam habere. Actus vitæ suæ  
 omni hora custodire. In omni loco  
 Deū se respicere pro certo scire. Co-  
 gitationes malas cordi suo adue-  
 nientes mox ad Christum al-  
 lidere, & seniori spi-  
 rituali parcescere.

### Regula.

**O**S suum à malo, vel prauo eloquio custodire. Multum loqui non amare. Verba vana, aut risui apta non loqui. Risum multum, aut excusum non amare. Lectiones sanctas libenter audire. Orationi frequenter incumbere. Mala præterita cum lacrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri. De ipsis malis de cætero emendare. Desideria carnis non perficere, voluntatem propriam odisse. Præceptis abbatis in omnibus obedire, etiam si ipse (quod absit) aliter agat, memor illius dominici præcepti. Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Non velle dici sanctum antequam sit, sed prius esse, quò veriùs dicatur. Præcepta dei factis quotidie adimplere. Castitatem amare. Nullum odisse. Zelum & inuidiam non habere. Contentionem non amare. Elationem fugere. Seniores venerari. Iuniores diligere in Christi amore. Pro

Mat.  
23.

### Beati Benedicti.

11

re. Pro inimicis orare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire. Et de Dei misericordia nunquam desperare. Ecce hæc sunt instrumenta artis spiritualis. Quæ cum fuerint à nobis die noctuque incessabiliter adimpleta, & in die iudicij reconfignata illa merces nobis à domino recompensabitur, quam ipse promisit. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus his qui diligunt eum. Esa. 64. 1. Cor. cap. 2. Officina verò, ubi hæc omnia diligenter operemur, claustra sunt monasterij, & stabilitas in congregatione.

### De obedientia discipulorum.

#### Cap. V.



R I M V S humilitatis gradus est, obedientia sine mora. Hæc conuenit his, qui nihil sibi Christo charius existimant,

B 3 . pro

### Regula

propter seruitium sanctum, quod professi sunt: seu propter metum gehennæ, vel gloriam vitæ æternæ. Mox vt aliquid imperatum à maiore fuerit, acsi diuinitus imperetur, moram pati nesciunt in faciendo. De quibus dominus dicit. Ob auditu auris obediuit mihi. Et itè dicit doctoribus. Qui vos audit, me audit. Ergo hi tales delinquentes statim quæ sua sunt, & voluntatem propriam deferentes, mox exoccupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede iubentis vocem factis sequuntur. Et velut vno momento prædicta magistri iussio, & perfecta discipuli opera in velocitate timoris Dei ambæ res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit. Ideo angustâ viam arripiunt. Vnde dominus dicit. Angusta via est, quæ ducit ad vitam. Vt non suo arbitrio viuentes, vel derijs

Psal. 17  
Luc.  
10.

Mat. 7.  
cap.

### Beati Benedicti.

12

derijs suis & voluptatibus obedientes, sed ambulantes alieno iudicio & imperio, in cœnobijs degentes, abbatem sibi præesse desyderant. Sine dubio hi tales illam domini imittantur sententiam, qua dicit. Non veni facere Ioan. 7.  
re voluntatem meam, sed eius, qui mihi cap. 6.  
fit me. Sed hæc ipsa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, si quod iubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, vel cū responso nolentis efficitur. Quia obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. Ipse. n. dixit. Qui vos audit, me audit. Et cū bono animo à discipulis præberi oportet: ga- Luc. 10  
hilarè datorem diligit Deus. Nā cum 2. Cor.  
malo animo si obedit discipulus, & nō cap. 9.  
solum ore, verū etiam in corde si murmurauerit: & si impleat iussionem, tamen acceptum iam non erit Deo, qui cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullam consequitur gratiam:

Regula.

imò pœnam murmurantium incurrit, si nō cum satisfactione emendauerit.

De taciturnitate. Cap. VI.

Pfal. 38



ACIAMVS quod ait propheta: Dixi custodiã vias meas, vt nōn delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam.

Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis. Hic ostendit propheta, si à bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem debet taceri: quanto magis à malis verbis propter pœnam peccati debet cessari. Ergo quanuis de bonis, & sanctis, & ædificationum eloquijs, perfectis discipulis propter taciturnitatis grauitatem rara loquendi concedatur licentia: quia scriptum est. In multiloquio non effugies peccatum. Et alibi. Mors & vita in manibus linguæ. Nā loqui, & docere magistrum

Prou. 10.  
Prou. 18.

Beati Benedicti. 13

strum condecet: tacere, & audire discipulo conuenit. Et ideo si quaquirenda sunt à priore, cum omni humilitate, & subiectione, & reuerentia requirantur, ne videatur plus loqui quàm expedit. Scumilitates verò, vel Nota. verba otiosa, & risum mouentia, aterna clausura in omnibus locis damnamus: & ad tale eloquium discipulum aperire os non permitimus.

De humilitate. Cap. VII.



LAMAT nobis scriptura diuina fratres dicens. Omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Cùm hæc ergo dicit, ostendit nobis, omnem exaltationem genus esse superbiae. Quod se cauere propheta indicat dicēs. Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei. Neque ambulauim magnis, neque in mirabilibus super  
me.

Luc. 14.  
& Mat.  
c. 23.

Pfal. 130.

B 5

me. Sed quid? Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus super matrem suam, ita retribues in animam meam. Vnde fratres, si summæ humilitatis culmem volumus attingere: & ad exaltationem illam cœlestem, ad quam per præsentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus velociter peruenire: actibus nostris ascendentibus scala illa erigenda est, quæ in somno Iacob apparuit: per quam ei descendentes angeli, & ascendentes monstrabatur. Non aliud sine dubio descensus ille, & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere. Scala verò ipsa erecta, nostra est vita in seculo, quæ humiliato corde à domino erigitur ad cœlum. Latera enim eiusdem scalæ dicimus nostrum esse corpus & animam, in quibus diuersos gradus humilitatis, vel disciplinæ vocatio diuina ascendendos inseruit.

Gradus

## Gradus primus humilitatis.



Rimus itaq; gradus humilitatis est, si timorem Dei sibi antea culos semper ponēs, obliuionē omnino fugiat. Et semper sit memor omnium, quæ præcepit Deus. Et qualiter contēnetes Deū, in gehennā pro peccatis incidūt: & vitam æternam, quæ timētibus Deū præparata est, animo suo semper reuoluat. Et custodiens se omni hora à peccatis & vitijs, id est, cogitationum, linguæ, oculorum, manuum, pedum vel volūtatis proprię, sed & desyderia carnis amputare festinet. Existimet se homo de cœlis à Deo semper respici omni hora: & facta sua in omni loco ab aspectu diuinitatis videri, & ab angelis omni hora Deo nūtiari. Dæmonstrat nobis hoc propheta, cū in cogitationibus nostris, ita Deum semper præsentem ostendit dicens. Scrutans corda

&amp; renes

Gen.

ca. 28.

Vide.

S. Th.

2. 2. q.

161.

ar. 6. &amp;

q. 162.

art. 4.

ad. 4.

Psal. 7.

Regula

Pfal. 93 & renes Deus. Et item. Dominus no-  
uit cogitationes hominum, quoniam  
Pfal. vanæ sunt. Et item dicit. Intellexisti  
138. cogitationes meas à longè. Et quia co-  
Pfal. 75 gitatio hominis cõfitebitur tibi. Nam  
vt sollicitus sit circa cogitationes suas  
peruersas, dicat semper humilis frater  
in corde suo. Tunc ero immaculatus  
coram eo, si obseruauero me ab iniqui-  
tate mea. Voluntatem verò propriam  
ita facere prohibemur, cum dicit scri-  
ptura, nobis. Et à voluntatibus tuis a-  
Eccl. 18 uertere. Et itè, rogamus Deum in ora-  
Mat. 6. tione, vt fiat illius voluntas in nobis.



OCEMVR ergo meri-  
tò, nostram non facere vo-  
luntatem, cum cauemus  
illud, quod dicit scriptura.  
Prou. Sunt viæ, quæ videntur hominibus  
14. ca. rectæ, quarum finis vsque ad profun-  
dū inferni demergit. Et cum cauemus  
illud, quod de negligentibus dictum  
est.

Beati Benedicti.

15

est. Corrupti sunt, & abominabiles fa- Pfal. 13  
cti sunt in voluptatibus suis. In desy-  
derijs verò carnis ita nobis Deum cre-  
damus semper esse præsentem, cum  
dicit propheta domino. Ante te omne Pfal. 37  
desyderium meum. Cauendum ergo  
est ideo malum desyderiū: quia mors  
secus introitum delectationis posita  
est. Vnde scriptura præcipit dicens.  
Post concupiscentias tuas non eas. Er- Eccles.  
go si oculi domini speculantur bo- 18.  
nos & malos: & dominus de cælo sem-  
per respicit super filios hominum, vt  
videat si est intelligens, aut requirens  
Deum: & ab angelis deputatis nobis  
quotidiè die noctuque domino facto  
ri nostro, opera nostra nuntiantur: ca-  
uendum est omni hora fratres (sicut  
dicit in psalmo propheta) ne nos de- Pfal. 13  
clinantes in malum, & inutiles factos  
aliqua hora aspiciat Deus: & parcen-  
do nobis in hoc tempore, qua pius est,  
& expectat nos conuerti in melius:  
dicat

## Regula.

Pfal. 49 dicat nobis in futuro . Hæc fecisti, & tacui.

**S**ecundus humilitatis gradus est: si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere, sed vocem illam domini imitatur dicentis. Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui me misit. Itē dicit scriptura. Voluntas habet pœnam: & necessitas parit coronam.

**T**ertius humilitatis gradus est: ut quis pro Dei amore omni obedientia se subdat maiori, imitans dominū, de quo dicit apostolus. Factus obediens usque ad mortem.

**Q**uartus humilitatis gradus est: si in ipsa obedientia duris, & contrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniurijs tacita conscientia patientiam amplectatur: & sustinens non lascescat, vel discedat, dicit scriptura. Qui perseverauerit usque ad finē, hic saluus erit. Item, Con-

fortetur

## Beati Benedicti.

16

fortetur cor tuū: & sustine dominum. Psal. 3.  
Et ostendens fidelem pro domino vni r 6.  
uerfa etiam cōtraria sustinere debere,  
dicit ex persona sufferētium. Propter Psal.  
te morte afficimur tota die: æstimati 43.  
sumus sicut oues occisionis. Et securi  
de spe retributionis diuinæ, subsequē Rom.  
tur gaudentes, & dicentes. Sed in his 8. cap.  
omnibus superamus propter eū: qui  
dilexit nos. Et item alio loco scriptu- Psal.  
ra. Probasti nos (inquit) Deus: igne 65.  
nos examinasti, sicut examinatur ar-  
gentum. Induxisti nos in laqueū: po-  
suisti tribulationes in dorso nostro. Et  
ut ostendat sub Priore debere nos ef-  
se, subsequitur dicens. Imposuisti ho- Luc. 6.  
mines super capita nostra. Sed & præ- &  
ceptum domini in aduersis, & in inju- Mat. 3.  
rijs per patientiam adimplentes per-  
cussi in maxillā, præbent & aliam au-  
ferenti tunicam: dimittūt & palliam:  
angariati mille passus, vadunt, & duo  
milliaria: & cum Paulo apostolo falsos  
fratres



Regula.

2. Cor. fratres sustinent: & persecutiones sunt. 11. & 1. stinent, & maledicentes se, benedicunt. Cor. 4. cunct.

**Q**uintus humilitatis gradus est, si omnes cogitationes malas cordi suo aduenientes, vel mala à se absconditè commissa, per humilem confessionem abbati non celauerit suo.

Hortatur nos de hac re scriptura dicitur. Psal. 36. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo. Et item dicit. Confitemini domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Et itè propheta. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non operui. Dixi pronuntiabo aduersum me iniustitias meas domino: & tu remisisti impietatem cordis mei.

**S**extus humilitatis gradus est, si omni vilitate, vel extremitate contentus sit monachus: & ad omnia, quæ sibi iniunguntur, velut operarium se malum iudicet, & indignum, dicens cum

beati Benedicti.

17

cum propheta. Ad nihilum redactus sum, & nesciui: vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

**S**eptimus humilitatis gradus est, si omnibus se inferiorem, & viliorrem non solum sua lingua pronuntiet, sed etiam intimo cordis credat affectu, humilians se, & dicens cum propheta. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Exaltatus sum, & humiliatus, & confusus. Et item, Bonum mihi quod humiliasti me: vt discam mandata tua.

**O**ctauus humilitatis gradus est, si nihil agat monachus, nisi quod communis monasterij regula, vel maiorum cohortantur exempla.

**N**onus humilitatis gradus est, si linguam ad loquendum prohibeat monachus: & taciturnitatem habens, vsque ad interrogationem non

C loqua-

cum

**Prou.**  
**10.**  
**Pfal.**  
**139.**  
loquatur: monstrante scriptura, quia in multiloquio non effugietur peccatum: & quod vir linguosus non dirigitur super terram.

**D**ecimus humilitatis gradus est, si non sit facilis, ac promptus in risu: quia scriptum est. Stultus in risu exaltat vocem suam.

**Eccle.**  
**21.**  
**V**ndecimus humilitatis gradus est, si cum loquitur monachus, leniter, & sine risu: humiliter cum gravitate: vel pauca verba, & rationabilia loquatur, & non sit clamorosus in voce, sicut scriptum est. Sapiens verbis innotescit paucis.

**Eccle.**  
**20.**  
**D**odecimus humilitatis gradus est, si non solum corde monachus, sed etiam corpore humilitatem videntibus se semper indicet, id est, in opere: in monasterio: in oratorio: in horto: in via: in agro, vel ubicumque: sedens, ambulans, vel stans, inclinatio sit semper capite, defixis in terram aspectibus,

etibus, reum se omni hora de peccatis suis existimans, iam se tremendo iudicio Dei presentari existimet, dicens sibi semper illud, quod publicanus ille euangelicus fixis in terram oculis dixit. Domine, non sum dignus ego peccator levare oculos meos ad celum. Et iterum cum propheta. Incurvatus sum, & humiliatus sum usquequaque. Ergo his omnibus humilitatis gradibus ascensis, monachus mox ad charitatem Dei perveniet illam, quae perfecta foras mittit timorem: per quam uniuersa, quae prius non sine formidine observabat, absque ullo labore velut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non iam timore gehennae, sed amore Christi, & consuetudine ipsa bona, & delectatione virtutum: quae dominus iam in operarium suum mundum a vitijs & peccatis Spiritu sancto dignabitur demonstrare.

**Luc.**  
**18.**

**Psal.**  
**118.**

Regula  
De officijs diuinis in noctibus.  
Cap. VIII.

**H**ymis tempore id est, à Calendis Nouembris vsque ad pascha, iuxta considerationem rationis octaua hora noctis surgendum est, vt modico amplius de media nocte pausetur, & iam digesti surgant. Quod verò restat post vigilias, à fratribus, qui psalterij, vel lectionum aliquid indigent, meditationi inseruiatur. A pascha autem vsque ad suprascriptas Calendas Nouembris sic temperetur hora vigiliarum agenda, vt paruisimo interuallo, quo fratres ad necessaria naturæ excant, custodito, mox matutini, qui incipiente luce agendi sunt, subsequantur.

Quot psalmi dicendi sunt in nocturnis horis. Cap. IX.

Hyemis

Beati Benedicti. 19



Yemis tēpore præmissō imprimis versu, Deus in adiutoriū meū intende: Dñe ad adieuanđū me festina: in secūdo ter dicendū est:

Domine labia mea aperies, & os meū annunciabit laudē tuam: Cui subiungendus est tertius psalmus, & Gloria. Post hūc psalmus nō ageamus quartus cum añā, aut certè decantandus. Inde sequatur Ambrosianum. Deinde sex psalmi cū antiphonis. Quibus dictis, & dicto versu: benedicat Abbas. Et sedētibz omnibus in scamnis, legantur vicissim à fratribus in codice super analogiū tres lectiones: inter quas tria responsoria canātur: duo respōsoria sine Gloria dicātur. Post tertią verò lectionē, qui cātat, dicat Gloriā. Quā cū incipit cantor dicere, mox oēs de sedilibz surgāt ob honorē, & reuerentiam

sanctæ

## Regula

sanctæ Trinitatis. Codices autem legantur in vigilijs diuinæ authoritatis tam veteris testamēti, quàm noui: sed & expositiones earū, quæ nominatissimis, & orthodoxis, catholicisq; patribus factæ sunt. Post has verò tres lectiones cum responsorijs suis, sequantur reliqui sex psalmi cum Allēlāia canendi. Post hos lectio apostoli sequatur ex corde recitanda, & versus, & supplicatio litanig, id est, kyrie eleyson. & sic finiantur vigiliæ nocturnæ.

*Qualiter aestatis tempore nocturna laus agatur. Cap. X.*



Pascha autem vsq; ad Calendas Nouēbris omnis (vt supra dictum est) psalmodiæ quantitatis teneatur: excepto, q̄ lectiones in codice propter breuitatē noctium minimè legantur: sed pro ipsis tribus lectionibus vna de veteri testamen-

to me

## Beati Benedicti.

20

to memoriter dicatur: quam breue responsorium subsequatur: & reliqua omnia, vt supra dictum est, impleantur, id est, vt nunquam minùs à duodecim psalmodum quantitate ad vigilijs nocturnas dicatur, exceptis tertio, & nonagesimo quarto psalmo.

*Qualiter dominicis diebus uigiliæ agantur. Cap. XI.*



Dominico die tēporiùs surgatur ad vigilijs, in quibus vigilijs teneatur hæc mensura, id est, modulatis (vt supra disposuimus) sex psalmis, & dicto versu, residentibus cūctis dispositè, & per ordinem in subsellijs, legantur in codice (vt supra diximus) quatuor lectiones cū respōsorijs suis, vbi tantum in respōsorio quarto dicatur à cantate, Gloria. **Q**uam cū incipit,

C 4 mox

## Regula

mox omnes cum reuerentia surgant. Post quas lectiones sequantur ex ordine alij sex psalmi cum antiphonis sicut anteriores, & versus: post quas iterum legantur aliæ quatuor lectiones cum responsorijs suis ordine, quo supra. Post quas iterum dicantur tria cantica de prophetis, quæ instituerit abbas: quæ cantica cum Alleluia psallantur. Dicto etiam versu & benedictione abbate, legantur alię quatuor lectiones de nouo testamento ordine, quo supra. Post quartum verò responsorium incipiat abbas hymnum, Te Deum laudamus. Quo dicto, legat abbas lectionem de euangelio, cum honore & tremore stantibus omnibus. Qua perlecta, respondeat omnes. Amē. Et subsequatur mox abbas Hymnum. Te decet laus, Et data benedictione, incipiant matutinos. Qui ordo vigilariū omni tempore tam æstatis, quam hyemis æqualiter in die dominico teneat: nisi fortè (quod absit)

## Beati Benedicti.

21

absit) tardiùs surgatur: quia tunc aliquid de lectionibus breuiandum est, aut responsorijs, quod tamen omnino caueatur ne proueniat. Quod si contigerit, dignè inde satisfaciat in oratorio, per cuius euenerit, neglectum.

## Quomodo matutinorum sollemnitas agatur. Cap. XII.

**I**N matutinis dominico die. In primis dicatur. lxvj. Psal. sine aña in directum. Postquem dicatur quinquagesimus Psal. cum Alleluia. Post quem dicatur. cxvij. &. lxij. deinde benedictiones & laudes: lectio de Apocalypsi vna ex corde, & responsorium, & ambrosianum, & versus, & canticum de euangelio, litanæ, & completum est.

## Qualiter priuatis diebus matutini agantur. Cap. XIII.

C 5

Die-

## Regula

**D**iebus autem priuatis matutinorum solennitas ita agatur, id est. lxxvj. psal. dicatur sine añā, in directū subtrahendo modicè sicut dominica, vt oēs occurrant ad quinquagesimū, qui cum añā dicatur. Post quē alij duo psalmi dicantur secundū consuetudinem, id est. Secūda feria. v. & . xxxv. Tertia feria. xlij. & . lvi. Quarta feria. lxiij. & . lxiij. Quinta feria, octogesimus septimus, octogesim⁹ nonus. Sexta feria, septuagesimus quintus, & nonagesimus primus. Sabbato autē centesimus quadragesimus secundus: & canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas Glorias. Nā cæteris diebus canticum vnum quodque die suo ex prophetis sicut psallit ecclesia Romana, dicatur. Post hæc sequantur laudes, deinde lectio vna apostoli memoriter recitanda, Responsorium ambrosianum: Versus: canticum de euangelio

## Beati Benedicti.

22

gello, litanæ, & completum est. Planè agenda matutina, vel vespertina non transeat aliquando, nisi in vltimo per ordinē oratio dominica omnibus audientibus dicatur à priore propter scaldorum spinas, quæ oriri solent, vt conuenti per ipsas orationis sponsonem, qua dicunt, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debito ribus nostris, purgent se ab huiusmodi vitio. Cæteris verò agendis vltima pars eius orationis dicatur, vt ab omnibus respondeatur. Sed libera nos à malo.

*In natalitijs sanctorum qualiter iugilie agantur. Cap. XIII.*

**I**N sanctorum verò festiuitatibus, vel omnibus solennitatibus, sicut diximus dominico die agendum, ita agatur: excepto, quod psalmi, aut antiphonæ, vel lectiones

Regula.

ctiones ad ipsum diem pertinentes, dicantur. Modus autem supradictus tenetur.

*Alleluia quibus temporibus dicatur.*

Cap. XV.



Sancto Pascha usque ad Pentecosten, sine intermissione dicant Alleluia, tam in psalmis, quam in responsorijs. A pentecoste aut usque ad caput quadragesime omnibus noctibus cum sex posterioribus psalmis tantum ad nocturnos dicatur. Omni vero dominica extra quadragesimam cantica, matutini, prima, tertia, sexta, nona; cum Alleluia dicantur: vespera vero cum antiphonis. Responsoria vero nunquam dicantur cum Alleluia, nisi a Pascha usque ad Pentecosten.

*Qualiter diuina opera per diem agantur.* Cap. XVI.

Septies

Beati Benedicti.

23

Septies in die (ait propheta) laudem psalmi. Dixi tibi. Qui septenarius sacratissimus numerus a nobis sic implebitur: si matutini, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperi, Completoriique tempore, nostræ seruitutis officia persoluamus: quia de his horis dixit propheta. Septies in die laudem dixi tibi. Nam de nocturnis vigilijs idem ipse propheta ait. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ, id est, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera. Completorio, & nocte surgamus ad confitendum ei.

*Quot psalmi per easdem horas dicendi sunt.* Cap. XVII.



Am de nocturnis vel matutinis digessimus ordinem psalmodiarum, nunc de sequentibus horis videamus.

## Regula

mus. Prima hora dicantur psalmi tres sigillatim, & non sub vna Gloria, Hymnus eiusdem horæ post versum, Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina, antequam psalmi incipiantur. Post expletionem verò trium psalmorum recitatur lectio vna, versus, & Kyrie eleyson. & missæ fiat. Tertia verò, Sexta, Nona, eodem ordine celebretur, id est, versus, hymni earundem horarum, terni psalmi, lectio, & versus, kyrie eleyson. & missæ sint. Si maior congregatio fuerit, cum antiphonis, si verò minor, in directum psallantur. Vespertina autem synaxis quatuor psalmis cum antiphonis terminetur: post quos psalmos lectio recitanda est, inde responsum, ambrosianum, versus, canticum de euangelio, litania, & oratio dominica, & hanc missæ. Completorium autem trium psalmorum dictione terminetur. *Qui psalmi directi sine antiphona*

## Beati Benedicti.

24

tipohna dicendi sunt, post quos hymnus eiusdem horæ, lectio vna, versus, Kyrie eleyson, & benedictio, & missæ fiant.

*Quo ordine ipsi psalmi dicendi sunt.*

Cap. XVIII.



N primis semper diurnis horis dicatur versus. De<sup>o</sup> in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina, & Gloria. Inde hymnus vniuscuiusque horæ. Deinde Prima hora dominica dicenda quatuor capitula, psalmi centesimi octauidecimi. Reliquis verò horis, id est Tertia, Sexta, & Nona terna capitula, supradicti psalmi centesimi octauidecimi dicantur. Ad Primam autem secundæ feriæ, dicantur tres psalmi, id est, primus, secundus, & sextus: & ita per singu-



## Regula

singulos dies ad primā, vsq; ad dominicam dicantur per ordinē terni psalmi vsque ad nonumdecimum psalmum, ita sanè vt nonus psalmus, & septimus decimus partiant in binas Glorias, & sic fiat, vt ad vigilias Dominica semper à vigesimo incipiatur. Ad Tertiam verò Sextam, & Nonam secundæ feriæ nouem capitula, quæ residua sunt de centesimo octauo decimo psalmo, ipsa terna capitula per easdem horas dicantur. Expenso ergo psalmo centesimo octauo decimo duobus diebus, id est, Dominico, & secunda feriæ: tertia feriæ, iam ad Tertiam, Sextam, vel Nonam psallantur terni psalmi à centesimo nono decimo vsq; ad centesimum vigesimum septimum, id est, psalmi nouem. Quique psalmi semper vsq; ad dominicā per easdem horas itidem repetantur: hymnorum nihilominus lectionum, vel versuum dispositione. **vniformi cunctis diebus seruata,**

## Beati Benedicti.

25

seruata, & ita scilicet, vt semper Dominica à centesimo octauo decimo incipiatur.

**V** Espere autem quotidie quatuor psalmodum modulatione canatur. Qui psalmi incipiatur à centesimo nono, vsque ad centesimum quadragessimam septimum, exceptis his qui diuersis horis ex eis sequestrantur, id est à centesimo decimo septimo, vsque ad centesimum vigesimum septimum & centesimo trigesimo tertio, & centesimo quadragesimo secundo. Reliqui omnes in vespera dicendi sunt. Et quia minùs veniunt tres psalmi ideo diuidendi sunt, qui in numero supradicto fortiores inueniuntur, id est, centesimus trigessimus octauus, & centesimus quadragessimus tertius, & centesimus quadragessimus quartus. Centesimus verò sextus decimus, quia paruus est, cū centesimo quintodecimo coniugatur. Di-

D gesto

## Regula

gesto ergo ordine psalmorum vesper-  
zinorum, reliqua, id est, lectiones, re-  
sponsoria, hymni, versus, vel cantica,  
sicut supra taxauimus, impleatur. Ad  
Completerium verò quotidie idem  
psalmi repetantur, id est, quartus no-  
nagesimus, & centesimus trigessimus  
tertius.

**D**isposito ordine psalmodiæ diur-  
næ, reliqui omnes psalmi, qui su-  
persunt, æqualiter, diuidantur in se-  
ptem noctium vigilias, partiendo scili-  
cet qui inter eos prolixiores sunt psal-  
mi: & duodecim per vnamquamque  
constituantur noctem. Hoc præcipue  
commonentes, vt si cui fortè hæc di-  
stributio psalmorum displicuerit, ordi-  
net si melius aliter iudicauerit: dum  
modò omnimodis id attédatur, vt om-  
ni hebdomada psalterium ex integro  
numero centum quinquaginta psal-  
morū psallatur, & Dominico die sem-  
per à capite repetatur ad vigilias.

Q

Quia

## Beati Benedicti.

26

Quia nimis iners deuotionis suæ serui-  
tium ostendunt monachi, qui inuis  
psalterio cum canticis consuetudina-  
rijs per septimanæ circulum psallunt:  
cum legamus, sanctos patres nostros  
vno die hoc strenuè implese, quod  
nos tepidi vtinam septimana integra  
persoluamus.

## De disciplina psallendi.

### Cap. XIX.



**V**bique credimus diuinā  
esse præsentiam, & oculo-  
los domini in omni loco  
speculari bonos, & ma-  
los. Maximè tamen hoc  
sine aliqua dubitatione credimus, cū  
ad opus diuinum assistimus. Ideo sem-  
per memores simus, quod ait prophe- Psal. 2.  
ta. Seruite domino in timore. Et iterū. Psal.  
Psallite sapienter. Et In conspectu an- 46.  
gelorum psallam tibi. Ergo confid re- Psal.  
mus qualiter oporteat nos in conspe- 137.

D 2

ctu

## Regula

Et diuinitatis & angelorum esse: & sic  
stemus ad psallendum, vt mens nostra  
concordet voci nostræ.

### De reuerentia gratioris. Cap. XX.



Si cum hominibus potētibus, volumus aliqua suggerere, non præsumimus nisi cū humilitate, & reuerētia: quanto magis domino Deo vniuersorū cum omni humilitate, & puritatis deuotione supplicandū est? Et nō in multiloquio, sed in puritate cordis, & cōpūctione lacrymarū nos exaudiri sciamus. Et ideo breuis debet esse, & pura oratio, nisi fortē ex affectu inspirationis diuinæ gratiæ protendatur. In cōuentu tamē omnino breuietur oratio: & facto signo à priore, omnes pariter surgant.

### De decanis monasterij. Cap. XXI.

Si ma

## Beati Benedicti.

27



I maior fuerit cōgregatio, eligantur de ipsis fratres boni testimonij, sanctæ conuersationis, & cōstituantur decani, qui sollicitudinē gerant super decanias suas in omnibus secundū mandata Dei, & præcepta abbatis sui. Qui decani tales eligantur, in quibus securus abbas partiat onera sua. Et non eligantur per ordinem, sed secundū vitæ meritum, & sapientiæ doctrinā. Quod si quis ex eis aliqua fortē inflatus superbia repertus fuerit reprehensibilis, correptus semel, & iterū, & tertio, si emendare noluerit, deiciatur: & alter in loco eius, qui dignus sit, subrogetur. Et de Præposito eadem constituimus.

### Quomodo dormiant monachi.

### Cap. XXII.

D 3

Singuli

Regula.



**S**inguli per singulos lectos dormiant. Lectister-  
 nia pro modo conuersa-  
 tionis secundum dispen-  
 sationem abbatis sui ac-  
 cipiant. Si potest fieri omnes in vno  
 loco dormiant. Si autem multitudo  
 non finit, deni, aut viceni cum seniori-  
 bus suis, qui super eos solliciti sint, pau-  
 sent. Candela iugiter in eadem cella  
 ardeat vsque mane. Vestiti dormiant,  
 & cincti cingulis, aut funibus: & cul-  
 tellos ad latus non habeant dum dor-  
 miunt: ne fortè per somnium vulne-  
 rentur dormientes. Et parati sint mo-  
 nachi semper vt facto signo, absq; mo-  
 ra surgentes, festinent inuicem se præ-  
 uenire ad opus Dei, cum omni tamen  
 grauitate, & modestia. Adolescentio-  
 res fratres iuxta se non habeant lectos,  
 sed permixti sint cum senioribus. Sur-  
 gentes verò, ad opus Dei inuicem se  
 moderatè cohortètur, propter somno-  
 lento-

lentorum excusationes.

*De excommunicatione culpærum.*

Cap. XXIII.



**S**i quis frater cõtumax,  
 aut in obediens, aut su-  
 perbus, aut murmu-  
 rans, vel in aliquo con-  
 trarius existens sanctæ  
 regula, & præceptis seniorũ suorum  
 contemptor repertus fuerit, hic secũ-  
 dũ domini nostri præceptum admo-  
 neatur semel, & secundò secretè à se-  
 nioribus suis: si nõ emédauerit, obiur-  
 getur publicè corã omnibus: si verò  
 neque sic correxerit, si intelligit qua-  
 lis pœna sit, excommunicationi sub-  
 biaceat. Si autem improbus est, vin-  
 dictæ corporali subdatur.

*Qualis debet esse modus excommu-  
 nicationis. Cap. XXIII.*

## Regula



Secundum modum culpe, excommunicationis, vel disciplinæ debet extendi mensura. Qui culparum modus de abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen frater in leuioribus culpis inuenitur, tantum a mensæ participatione priuetur. Priuatus autem a mensæ consortio, ista erit ratio, vt in oratorio psalmum, aut antiphonam non imponat, neque lectionem recitet vsque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus accipiat mensura, vel hora, qua prouiderit abbas ei competere. Vt si (verbi gratia) fratres reficiant sexta hora, ille frater nona: si fratres nona, ille vespertina, vsque dum satisfactione congrua veniam consequatur.

*De grauioribus culpis. Cap. XXXV.*

## Beati Benedicti.

29



S autem frater, qui grauioris culpe noxa tenetur, suspendatur a mensa simul & ab oratorio. Nul-  
lus ei fratrum in vlllo iungatur consortio, neque in colloquio. Solus sit ad opus sibi in iunctum, persistens in pœnitentiæ iustitia, sciens illam terribilem apostoli sententiam dicitis. Traditum huiusmodi hominem Sa-  
thanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini. Cibi autem refectionem solus percipiat mensura, vel hora, qua prouiderit ei Abbas competere, nec a quoquam benedicatur trans-  
eunte, nec cibus qui ei datur.

1. Cor.

5.

*De his, qui sine iussione abbatis iunguntur excommunicatis*

Cap. XXXVI.

D 5 St

## Regula



Si quis frater presumpserit sine iussione abbas fratri excommunicato quolibet modo se iungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem sortiatur excommunicationis vindictam.

*Qualiter debeat abbas sollicitus esse circa excommunicatos. Cap. XXVII.*



Mat. 9.

Omnis sollicitudine curam gerat abbas circa delinquentes fratres: quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Et ideo uti debet omni modo ut sapiens medicus: immittere quasi occultos consolatores senipetas, id est seniores sapientes fratres, qui quasi secretè consolentur fratrem fluctuantem, & prouocet eum ad humilitatis satisfactionem. Et consolentur eum, ne abundantio-

dantiori tristitia absorbeatur. Sed sicut ait Apostolus, confirmetur in eo 2. Cor. charitas, & oretur pro eo ab omnibus. 2. c. Magnopere enim debet sollicitudine gerere abbas, & omni sagacitate, & industria curare, ne aliquam de ouibus sibi creditis perdat. Nouerit enim se infirmarum curam suscepisse animarum, non super sanas tyrannidem. Et metuat prophetæ cōminationem, per quem dicit Deus. Quod crassum uidebatis, assumebatis: & quod debile erat, proieciatis. Et pastoris boni pium imitetur exemplum: qui relictis nona ginta nouem ouibus in montibus, abiit unam ouem, quæ errauerat, quæ rere. Cuius infirmitati in tantum cōpassus est, ut eam in sacris humeris suis dignaretur imponere, & sic reportare ad gregem.

Ezech.  
34.  
Luc.  
15. c.

*De his, qui sepius correpti, non emendauerint. Cap. XXVIII.*

Si quis

Regula



**S**I quis frater frequēter correptus pro qualibet culpa, si etiam excommunicatus non emendauerit, acrior ei accedat correptio, id est, vt verberum vindicta in eum procedat. Quod si nec ita correxerit, aut fortè (quod absit) in superbiam elatus, etiam defendere voluerit opera sua; tūc abbas faciat quod sapiens medicus. Si exhibuit fomēta: si vnguenta adhortationum: si medicina scripturarum diuinarum: si ad vltimum vstionem excommunicationis, vel plagas virgarum: & si viderit nihil suam praeualere industriam, adhibeat etiam, quod maius est, suam, & omnium fratrum pro eo orationem, vt dominus, qui omnia potest, operetur salutem circa infirmum fratrem, Quod si nec isto modo sanatus fuerit, tunc iam vtatur abbas ferro abscissionis, vt ait apostolus. **Auferte malum**

ex vo-

Beati Benedicti.

31

ex vobis. Et iterum. Infidelis si discit, discadat: ne vna ovis morbida totum gregem contaminet.

1. Cor.

5.

1. Cor.

7.

*Si debeant recipi fratres egressi de monasterio. Cap. XXIX*



**R**ater, qui proprio vitio egreditur, aut proficitur de monasterio, si reuertivoluerit, spondeat prius omnem emendationem vitij pro quo egressus est: & sic in vltimo gradu recipiatur, vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod si denudò exierit, vsque tertio ita recipiatur. Iam verbò postea sciat omnem sibi reuerfionis aditum denegari.

*De pueris minori etate qualiter corripiantur. Cap. XXX.*

Omnis

### Regula



Mnis ætas, vel intellectus  
 proprias debet habere men-  
 suras. Ideoque quoties  
 pueri, vel adoleſcētioreſ  
 ætate aut qui minùs intelligere poſ-  
 ſunt quanta pœna ſit excommunica-  
 tionis, hi tales cùm delinquunt, aut ie-  
 iunijs nimis affligantur, aut acribus  
 verberibus coërceantur, vt ſanentur.

*Qualis debeat eſſe cellarius monaſte-  
 rij. Cap. XXXI.*



Cellarius monaſterij eli-  
 gatur de congregatione  
 ſapiens, maturus mori-  
 bus, ſobriùs, nõ multum  
 edax, non elatus, nõ turbulentus, non  
 iniurioſus, non tardus non prodigus,  
 ſed timens Deum, qui omni congre-  
 gationi ſit ſicut pater. Curam gerat  
 de omnibus, ſine inſiſtione abbatis ni-  
 hil faciat: quæ iubentur cuſtodiat, fra-

tres

### Beati Benediſti.

32

tres non contriſtet. Si quis autem fra-  
 ter ab eo aliqua fortè irrationabiliter  
 poſtulat, nõ ſpernendo eũ contriſtet,  
 ſed rationabiliter cũ humilitate malè  
 petēti deneget. Animã ſuã cuſtodiat:  
 memor ſemper illius apoſtolici præ- 1. Ad  
 cepti, quia qui bene miniſtrauerit, gra Tim. 3  
 dum bonorum ſibi acquirat. Infirmorum,  
 infantium, hoſpitiũ, pauperumq̃;  
 cũ omni ſolicitudine curã gerat, ſciẽs  
 ſine dubio, quia pro his omnibus in  
 die iudicij rationem redditurus eſt.  
 Omnia vaſa monaſterij, cunctaq̃; ſub-  
 ſtantia aſci altaris vaſa ſacrata, conſpi-  
 ciat, nihil ducat negligendũ: neq; auaritia  
 ſtudeat: neq; prodigus ſit: aut ex-  
 tirpator ſubſtantia monaſterij. Sed om-  
 nia meſuratè faciat, & ſecundũ iuſſio-  
 nẽ abbatis ſui. Humilitatẽ ante omnia  
 habeat, & cui ſubſtantia non eſt quæ  
 tribuatur, ſermo reſponſionis porriga-  
 tur bonus: quia ſcriptum eſt, Sermo Eccleſ.  
 bonus, ſuper datum optimũ. Omnia 18.  
 quæ



### Regula

Mat.  
18.

quæ ei iniunxerit abbas, ipse habeat sub cura sua: à quibus eum prohibuerit, non præsumat. Fratribus constitutam annonam sine aliquo typo, vel mora offerat, vt non scandalizentur, memor diuini eloquij quid mereatur, qui scandalizauerit vnum de pusillis. Si congregatio maior fuerit, solatia ei dentur, à quibus adiutus, & ipse æquo animo impleat officium sibi commissum. Horis competētibus dentur quæ danda sunt, & petantur quæ petenda sunt, vt nemo perturbetur, neque contristetur in domo Dei.

### De ferramentis monasterij.

#### Cap. XXXIII.

**S**ubstantiæ monasterij in ferramentis, vel vestibus, seu quibuslibet rebus, provideat abbas fratres, de quorū vita, vel moribus securus sit, & eis singula, vt vtile iudicauerit, consignet custodien-

### Beati Benedicti.

33

Ex quibus abbas breuem teneat, vt cū sibi in ipsa assignata fratres vicissim succedunt, sciat quid dat, aut quid recipit. Si quis autem fordidè aut negligenter res monasterij tractauerit, corripatur. Si non emendauerit, disciplina subiaceat.

### Si quid debeant monachi proprium habere. Cap. XXXIII.



Ræcipue hoc vitium radicatus amputetur de monasterio, ne quis præsumat aliquid dare, aut accipere sine iussione abbatis, neq; aliquid habere propriū: nullam omnino rem: neq; codicem neque tabulas: neque graphium, sed nihil omnino: quippe quibus nec corpora sua, nec voluntates licet habere in propria potestate. Omnia verò necessaria à patre monasterij sperare: neq; quicquam liceat habere, quod abbas non dederit, aut

E

per-

Regula

permiserit. Omniaque omnibus sint communia, vt scriptum est, nec quisquam suum esse aliquid dicat, vel præsumat. Quòd si quisquã huic nequissimo vitio deprehensus fuerit delectari, admoneatur semel, & iterum: si nõ emendauerit, correctioni subiaceat.

*Si omnes æqualiter debeant necessaria accipere. Cap. XXXIII.*

Acto.  
4.



Icut scriptum est, Diu debatur singulis, prout cuiq; opus erat. Vbi nõ dicimus, vt personarum (quod absit) acceptio sit, sed infirmitatũ consideratio. Vbi qui minũs indiget, agat Deo gratias, & nõ contristetur. Qui verò plũs indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro misericordia: & ita omnia membra erũt in pace. Ante omnia ne murmurationis malum pro qualicũq; causa

Beati Benedicti. 34

causa in aliquo qualicumq; verbo, vel significatione appareat. Quod si deprehensus fuerit quis, districtiori disciplina subdatur.

*De septimanarijs coquinæ. Cap.*

XXXV.



Ratres sic sibi inuicẽ seruiant, vt nullus excusetur à coquinæ officio, nisi aut ægritudine, aut in causa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia exinde maior merces acquiritur. Imbecilibus autẽ procurẽtur solatia, vt nõ cũ tristitia hoc faciãt. Sed habeãt omnes solatia secũdũ modũ congregationis, aut positionẽ loci. Si maior congregatio fuerit, cellarius excusetur à coquina: vel si qui (vt diximus) maioribus vtilitatibus occupantur. Cæteri verò sibi sub charitate inuicem seruiant. Egressurus de

## Regula

septimana, Sabbato munditias faciat  
Linteamina, cum quibus sibi frater-  
manus ac pedes tergant, lauet. Pedes  
verò, tam ipse qui egreditur, quam il-  
le qui intraturus est, omnibus lauent.  
Vasa ministerij sui munda, & sana cel-  
lario recòsignet, vt sciat quid dat, aut  
quid recipit.



Eprimarij au-  
tem ante vnam  
horam refectionis  
accipiant su-  
per statutam an-  
nonam singulos  
biberes, & pané,  
vt hora refectionis sine murmuratio-  
ne, & graui labore seruiant fratribus  
suis. In diebus tamen solennibus vs-  
que ad missas sustineant. Intranses au-  
tem, & exeuntes hebdomarij, in ora-  
torio: mox matutinis finitis domini-  
ca, omnium genibus proualuatur po-  
stuiant.

## Beati Benedicti.

35

stulantes pro se orari. Egrediens auté  
de septimana, dicat hunc versum. Be-  
nedictus es domine Deus, qui adiuui  
sti me, & consolatus es me. Quo dicto  
tertiò, accipiat benedictionem egre-  
diens, subsequatur ingrediés & dicat.  
Deus in adiutorium meum intende,  
Dñe ad adiuuadū me festina. Et hoc  
idem tertio: & repetatur ab omnibus  
accepta benedictione, ingrediatur.

## De infirmis fratribus. Caput.

XXXVI.



Infirmorum cu-  
ra ante omnia, &  
super omnia ad-  
hibenda est: vt si-  
cut re vera Chri-  
sto, ita eis seruiat-  
ur: quia ipse di-  
xit. Infirmus fui, & visitastis me. Et Mat.  
Quod fecistis vni de his minimis meis, 25.  
mihi

## Regula

mihī fecistis. Sed & ipsi infirmi confy-  
derent in honorem dei sibi seruire, &  
non superfluitate sua contristent fra-  
tres suos seruientes sibi. Qui tamē pa-  
tienter portandi sunt: quia de talibus  
copiosior merces acquiritur. Ergo cu-  
ra maxima sit abbati, ne aliquā negli-  
gentiam patiantur. Quibus fratribus  
infirmis sit cella super se deputata, &  
seruitor timens Deum, & diligens, ac  
solicitus. Balneorū vsus infirmis quo-  
tiens expedit, offeratur: sanis autem,  
& maximē iuuenibus tardius cōceda-  
tur. Sed & carniū esus infirmis, om-  
ninoq; debilibus pro reparatione, cō-  
cedatur. At vbi meliorati fuerint, à  
carnib<sup>9</sup> more solito omnes abstineāt.  
Curam autem maximam habeat ab-  
bas, ne à cellarijs, aut seruatoribus ne-  
gligantur infirmi: quia ad ipsum re-  
spicit, quicquid à discipulis delinquitur.

Do

Beati Benedicti.

36

De senibus uel infantibus. Caput.

XXXVI.



Icēt ipsa natura  
humana trahatur  
ad misericordiam  
in his etatibus, se-  
num uidelicet, &  
infantum, tamen  
& regulæ autho-  
ritas eis prospiciat. Consyderetur sem-  
per in eis imbecillitas, & nullatenus  
eis districtio regulæ teneatur in ali-  
mentis, sed sit in eis pia consyderatio,  
& præueniant horas canonicas.

De hebdomadario lectore.

Cap. XXXVIII.



Ensis fratrum edentiū le-  
ctio deesse nō debet, nec  
fortuito casu q̄ arripue-  
rit codicē, legere audeat

E 4 ibi,

### Regula

bi, sed lecturus tota hebdomada, dominica ingrediatur. Qui ingrediens post missas & communionem, petat ab omnibus pro se orari, ut auertat ab eo Deus spiritum elationis. Et dicatur hic versus in oratorio tertio ab omnibus, ipso tamen incipiente. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Et sic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum. Summamque fiat silentium ad mensam, ut nullius musitatio, vel vox, nisi solius legentis, ibi audiatur. Quae verò necessaria sunt comedentibus, & bibentibus, sic sibi inuicem ministrét fratres, ut nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, sonitu cuiuscunque signi potius petatur, quam voce. Ne praesumat ibi aliquis de ipsa lectione, aut aliunde quicquid requirere, ne detur occasio: nisi forte Prior pro aedificatione voluerit aliquid breuiter dicere. Frater autem

hebdo-

### Beati Benedicti.

17

hebdomadarius accipiat mixtum praeis quam incipiat legere, propter communionem sanctam & ne forte graue sit ei ieiunium sustinere. Postea autem cum coquina hebdomadarijs, & seruatoribus reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aut cantent, sed qui aedificent audientes.

### De mensura ciborum. Caput.

XXXIX.



Vulscere credimus ad refectionem quotidianam tam sextae, quam nonae omnibus mensis cocta duo pulmentaria, propter diuersorum infirmitates: ut forte qui ex vno non poterit edere, ex alio reficiatur. Ergo duo pulmentaria cocta fratribus sufficiant. Et si fuerint inde poma, aut nascencia leguminum, addatur & tertium. Panis libra vna pro pensa sufficiat tu

die,

### Regula

die, siue vna sit refectio, siue prandij & cœnæ. Quòd si cœnaturi sunt, de eadem libra tertia pars à cellario referuetur, reddenda cœnaturis. Quòd si labor fortè factus fuerit maior, in arbutrio, & potestate abbatis erit, si expediat aliquid augere, remota præ omnibus crapula, vt nunquam surrepat monacho indigeries. Quia nihil sic contrarium est omni Christiano quomodo crapula, sicut ait dominus noster. Videte ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate. Pueris verò minori ætate non eadem seruetur quantitas: sed minor quàm maioribus, seruata in omnibus parcitate. Carnium verò quadrupedum omnino ab omnibus absteineatur comestio: præter omnino debiles, & ægrotos.

*De mensura potus. Cap.*

**XL.**

**Vnus**

Beati Benedicti.

38



**NVSQVISOVE** I. Cor.

proprium habet donum 7. ex Deo, alius sic, alius vero sic. Et ideo cum aliqua scrupulositate à nobis mensura victus aliorum constituitur. Tamen infirmorum contuentes imbecillitate, credimus heminam vini per singulos sufficere per diem. Quibus autem donat Deus tolerantiam abstinentiæ, propriam se habituros mercedem sciant. Quòd si aut loci necessitas, vel labor, aut ardor æstatis amplius poposcerit, in arbitrio prioris consistat: cõsiderando in omnibus ne surrepat satietas, aut ebrietas. Licet legamus vinum omnino monachorum non esse, sed quia nostris temporibus id monachis persuaderi non potest, saltem vel hoc consentiamus, vt non vsque ad satietatem bibamus, sed parcius: quia vinum apostatate facit Eccles. etiam sapientes. Vbi autè necessitas loci 19.

expo.

Regulā

exposcit: vt nec suprascripta mensura inueniri possit, sed multo minus, aut ex toto nihil, benedicant Deū qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc autem ante omnia admonemus, vt absq; murmurationibus sint.

*Quibus horis oporteat reficere fratres. Cap. XLI.*



Sancto Pascha usque ad Pentecosten ad sextam reficiant fratres: & ad seram cœnent. A Pentecoste autem tota æstate, si labores agrorum non habent monachi, aut nimietas æstatis non perturbat, quarta & sexta feria ieiunent usque ad nonam: reliquis verò diebus ad sextam prandant. Quæ prandij sexta, si opera in agris habuerint, aut æstatis

Beati Benedicti. 39

æstatis feruor nimius fuerit, continua da erit: & in abbatis sit prouidentia. Et sic omnia temperet, atque disponat, qualiter animæ saluentur: & quod faciunt fratres, absq; vlla murmuratione faciant. Ab Idibus autem Septembris, vsq; ad caput quadragesimæ, ad nonam semper reficiant fratres. In quadragesima verò vsq; ad Pascha ad vesperam reficiant. Ipsa tamen vespera sic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant reficētes: sed luce adhuc diei omnia consummentur. Sed & omni tēpore, siue cœnæ, siue refectiois hora: sic temperetur, vt cum luce diei fiant omnia.

*Vt post completorium nemo loquatur. Cap. XLII.*



Omni tempore silentio debent studere monachi: maximè tamen nocturnis horis. Et ideo omni tem-

### Regula.

tempore siue ieiunij, siue prandij, si tēpus fuerit prandij, mox vt surrexerint à cœna, sedeant omnes in vnum: & legat vnus collationes, vel vitas patrum, aut certè aliquid, quod ædificet audientes: non autem eptaticum aut regum, quia infirmis intellectibus non erit vtile illa hora hanc scripturam au dire: alijs verò horis legatur. Si autem ieiunij dies fuerit, dicta vespera, paruo interuallo: mox accedant ad lectio nem collationum, vt diximus: & lectis quatuor aut quinque folijs, vel quantum hora permittit, omnibus in vnum occurrētibus, per hanc moram lectionis: si quis fortè in assignato sibi com misso fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergo in vnum positi compleant. Et exeuntes à completorio, nulla sit li centiā denuò cuiquam loqui aliquid. Quòd si inuentus fuerit quisquā præuaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictę subiaceat: excepto si necessi-

Beati Benedicti.

40

neccsitas hospitum superuenerit: aut fortè abbas alicui aliquid iusserit.

Quod tamé & ipsum cum summa gra uitate & moderatione honestissimè fiat.

*De his, qui ad opus Dei, uel ad men sam tardè occurrunt. Caput.*

XLIII.



D horam diuini officij, mox vt auditum fuerit signum, relictis omni bus qualibet fuerint in manibus, summa cū festinatione cur ratur, cū grauitate tamé, vt nō scurrili tas inueniat fomitē. Ergo nihil operi Dei preponat. Quòd si quis ad noctur nas vigiliās post Gloriā psalmi nona gesimi quarti (quē ppter hoc omnino protrahēdo & morosè volumus dici) occur-



## Regula

occurrerit, non stet in ordine suo in choro, sed vltimus omnium stet: aut in loco, quem talibus negligentibus seorsum cōstituerit abbas: vt videatur ab ipso, vel ab omnibus, vsq; dum cōpleto opere Dei, publica satisfatione pœniteat. Ideo autem eos in vltimo, aut seorsum iudicauimus debere stare, vt visi ab omnibus, vel pro ipsa ve recundia sua emendentur. Nam si extra oratorium remaneant, et it fortè talis, qui se, aut collocet, & dormiat: aut certè sedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occasio maligno. Sed ingredatur intro, vt nec totum perdat, & de reliquo emendetur.

**D** iurnis autem horis qui ad opus Dei post versum & Gloriam primi psalmi, qui post versum dicitur, occurrerit, lege, quam supra diximus, in vltimo stet: nec præsumat sociari choro psallentium vsque ad satisfationem: nisi fortè abbas licentiam dederit

rit

## Beati Benedicti.

41

permissioe sua: ita tamen, vt satisficiat reus ex hoc. Ad horam verò refectioe qui ante versum non occurrerit, vt simul omnes dicant versum & orent, & sub vno omnes accedant ad mensam: qui per negligentiam suam, aut vitium nō occurrerit, vsq; ad secundam vicem pro hoc corripiatur. Si de ruò non emendauerit, non permittatur ad mensam communis participatioe: sed sequestratus à cōsortio omnium, reficiat solus, sublata ei portione sua vini vsque ad satisfationem, & emendationem. Similiter autem patiatur qui & ad illum versum non fuerit præsens, qui post cibum dicitur. Nec quisquam præsumat ante statutam horam vel postea quicquam cibi, vel potus percipere. Sed & si cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit: hora qua desiderauerit, hoc quod prius recusauit, aut aliud omnino nō percipiat, vsque ad emendationem congruam.

F

De

## Regula

*De his qui excommunicatur quomodo  
satisfaciant. Cap.*

## XLIII.



VI pro grauioribus cul-  
pis ab oratorio & a men-  
sa excommunicatur, ho-  
ra, qua opus Dei in ora-  
torio percelebratur, an-  
te fores oratorij prostratus iaceat, ni-  
hil dicens: nisi tantum posito in terra  
capite, & prostratus pronus omnium  
de oratorio exeuntium pedibus se pro-  
ijciat. Et hoc tandiu faciat, vsque dum  
abbas iudicauerit satisfactum esse.  
Qui cum iussus ab abbate venerit, pro-  
uoluat seipsum abbatis pedibus, dein  
de omnium vestigijs fratrum, vt orant  
pro eo. Et tunc si iusserit abbas, reci-  
piatur in choro, vel in ordine quo ab-  
bas decreuerit: ita sanè, vt psalmum,  
aut lectionem, vel aliud quid non pra-  
esumat in oratorio imponere, nisi iussu

abbas

## Beati Benedicti.

42

abbas iubeat. Et omnibus horis dum  
completur opus Dei proijciat se in ter-  
ram in loco, in quo stat: & sic satisfa-  
ciat, vsque dum ei iubeat iterum ab-  
bas vt quiescat iam ab hac satisfactio-  
ne. Qui verò pro leuibus culpis excō-  
municatur tantum a mensa in oratorio  
satisfaciant vsque ad iussionem abba-  
tis. Et hoc semper faciant vsque dum  
benedicat, & dicat sufficit.

*De his, qui falluntur in oratorio.*

## Cap. XLV.



I quis dum proaun-  
tiat psalmum, responsio-  
riū, aut antiphonā, vel  
lectionem, sollicitus: nisi  
cum satisfactioe p̄beo-  
rām omnibus humiliter fuerit, vnde  
revidisse, subsiacere: quippe quine-  
lit humilitate corrigere, quod negli-  
gentia deliquit. Infantiles verò pro ru-

:ci

F :

licul-

Regula  
li culpa vapulent.

De his, qui in aliquibus rebus leuibus delinquant. Cap. XLVI.



**S**i quis dum in labore quouis in coquina, in cellario, in monasterio, in pistrino, in horto, in arte aliqua, dum laborat, vel in quocunq; loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam, aut perdidit, vel aliud excesserit vbiubi: & non veniens continuo ante abbatem, vel congregationem ipse vltro satisfecerit, & prodiderit delictum suum, cum per alium cognitum fuerit, maiori subiacet emendationi. Si animae vero peccati causa latens fuerit, tantum abbati, aut spiritualibus senioribus patefaciat, qui sciant curare sua & aliena vulnera, non detegere, ac publicare.

De

Beati Benedicti. 43  
De signanda hora operis Dei.

Cap. XLVII.



**N**untianda hora operis Dei die noctuque sit cura abbati: ut aut ipse nuntiet, aut tali sollicito fratri iniungat hanc curam, ut omnia horis competentibus compleantur. Psalmos autem, vel antiphonas post abbatem ordine suo quibus iussum fuerit imponant. Cantare autem, & legere non presumat, nisi qui potest ipsum officium implere: ut edificentur audientes. Quod cum humilitate, & grauitate, & tremore fiat, & cui iusserit abbas.

De opere manuum quotidiano.

Cap. XLVIII.



**T**icitas inimica est anti- Eccles.  
mae, Et ideo certis tem- 33.  
poribus occupari debet  
fratres in labore manuum:

F 3 certis

## Regula

certis iterum horis in lectione diuina. Ideoque hac dispositione credimus vtraque tempora ordinari: id est, vt à pascha vsque ad calend. Octobris mane exeuntes à prima vsque ad horam penè quartam laborent, quod necessarium fuerit. Ab hora autè quarta vsq; ad horam quasi sextam lectioni vacent. Post sextam autem surgentes à mensa pausent in lectis suis cum omni silentio: aut fortè qui voluerit sibi legere, sic legat, vt alium non inquietet. Agatur Nona temperiùs mediante octaua hora: & iterum quod faciendù est operetur vsque ad vesperam. Si autem necessitas loci, aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligendas per se occupentur, non contristentur: quia tunc verè monachi sunt, si de labore manuum suarum viuunt: sicut & patres nostri, & apostoli. Omnia tamen mensuratè fiant propter pusillitiam.

Acalen.

## Beati Benedicti.

44

**A** Calen. autem Octobris vsque ad caput quadragesimæ vsq; ad horam secundam plenam lectioni vacent: hora secunda agatur tertia: & vsque ad nonam omnes in opus suum laborent quod eis iniungitur. Facto autem primo signo horæ nonæ, disiangant se ab opere suo singuli: & sint parati, cum secundum signum pulsauerit. Post refectiorem autem vacent lectionibus suis, aut psalmis.

**I**N quadragesimæ verò diebus à mane vsque ad tertiam plenam lectioni vacent: & vsque ad decimam plenam operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus quadragesimæ accipiant omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant, qui codices in capite quadragesimæ dandi sunt. Ante omnia sint deputentur vnus aut duo seniores, qui circumceant monasterium horis, quibus vacat. Fratres lectioni, & viderent.

F 4

refor

## Regula.

ne fortè inueniatur frater accidiosus, qui vacet otio, aut fabulis, & non sit intentus lectioni: & non solum sibi inutilis sit, sed etià alios extollat. Hic talis si (quod absit) repertus fuerit, corripitur semel & secundo: si non emendauerit, correptioni regulari subiaceat, taliter, vt ceteri metum habeant. Neq; frater ad fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die lectioni vacent omnes: exceptis his, qui varijs officijs deputati sunt. Siquis verò ita negligens & desidiosus fuerit, vt non velit, aut non possit meditari, aut legere, iniungatur ei opus quod faciat, vt nõ vacet. Fratribus infirmis, aut delicatis talis opera, aut ars iniungatur, vt necessarii sint, nec violentia laboris operantur vt effugentur. Quorum inbecillitas ab abbate consideranda est.

### De quadragesimæ obseruatione.

Cap. XLIX.

Licet

## Beati Benedicti.

45



Licet omni tempore vita monachi quadragesimæ debeat obseruationem habere: tamen quia paucorū est ista virtus, ideo suademus istis diebus quadragesimæ omni puritate vitam suam custodire, omnes pariter negligētias aliorū temporū his diebus sanctis diluere. Quod tunc dignè fit, si ab omnibus vitijs nos temperemus, orationi cum fletibus, lectioni & compunctioni cordis atq; abstinentiæ operam demus. Ergo his diebus augeamus nobis aliquid ad solitum p̄sum seruitutis nostræ: oratiões peculiare, ciborum & potus abstinentiam: & vnusquisque super mensuram sibi indictam aliquid propria voluntate cum gaudio sancti Spiritus offerat Deo, id est, subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de scurrilitate, & cū spiritualis desiderij gaudio sanctū pascha expectet.

F 5

Hoe

## Regula

Hoc ipsum tamé, quod vnusquisq; of fert, abbati suo suggerat:&cū eius fiat oratione,& voluntate. Quia quod si ne permissione patris spiritalis fit, præsumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Ergo cum voluntate abbatis omnia agenda sunt.

*De fratribus, qui longè ab oratorio laborant, aut in uia sunt. Cap. L.*



Ratres, qui omnino longè sunt in labore, & non possunt occurrere hora cōpetēti ad oratoriū, & abbas hoc perpēdit, quia ita est, agāt ibidem opus Dei ubi operantur, cum tremore diuino flectentes genua. Similiter q̄ in itinere directi sunt, non eos prætereant horæ constitutz: sed vt possunt agant sibi: & seruitutis pensum non negligent reddere.

De

Beati Benedicti. 46

*De fratribus, qui nō satis longè proficiuntur. Cap. LI.*



Ratres, qui pro quouis responso proficiuntur, & ea die sperant reuer ti ad monasterium, non præsumant foris māduca re, etiā si à quouis rogentur: nisi fortè eis ab abbate suo præcipiatur. Quòd si aliter fecerint, excommunicentur.

*De oratorio monasterij.*

Cap. LII.



RATORIVM hoc sit quod dicitur: nec ibi quicquā aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei, omnes cum summo silentio exeant: & agatur reuerentia Deo: vt frater, qui fortè sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed si alter vult

## Regula

vult sibi fortè secretus orare, simpliciter intret, & oret, non in clamosa voce, sed in lachrymis, & intentione cordis. Ergo qui simile opus nõ facit, non permittatur expleto opere Dei remorari in oratorio, sicut dictum est, ne alius impedimentum patiatur.

### De hospitibus suscipiendis.

#### Cap. LIII.



Mnes superuenientes hospites tanquam Christus suscipiantur: quia ipse dicitur us est. Hospes fui, & suscepistis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur, maximè tamen domesticis fidelibus, & peregrinis. Ut ergo nuntiatus fuerit hospes, occurratur ei à priore, vel à fratribus cum omni officio charitatis: & primitiuis orent pariter, & sic sibi societur in pace: quod pacis osculum non prius offeratur, nisi oratione præmissa pro

## Beati Benedicti.

47

sa propter illusiões diabolicas. In ipsa autem salutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus, siue discedentibus hospitibus inclinato capite, vel prostrato omni corpore interra, Christus in eis adoretur, qui & suscipitur. Suscepti autè hospites ducantur ad orationem: & postea sedeat cum eis prior, aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex diuina ut ædificetur, & post hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiunium à priore frangatur propter hospitem: nisi fortè præcipuus sit dies ieiunij, quod possit violari. Fratres autem cõsuetudines ieiuniorum prosequantur. Aquam in manibus abbas hospitibus det: pedes hospitibus omnibus tam abbas, quam cuncta congregatio lauet, quibus lotis, huc versum dicant. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Pauperum autem, & peregrinorum maximè susceptio omni cura sollicitè exhibeatur.

Mat.  
25.

## Regula

exhibeatur: quia in ipsis Christus magis suscipitur. Nam diuinitus terror ipse sibi exigit honorem.

**C**Oquina abbatis & hospitum per se fit, vt in certis horis superuenientes hospites, qui nunquam desunt monasterio, non inquietent fratres. In quam coquinam ingrediantur duo fratres ad annum, qui ipsum officium bene impleant. Quibus vt indigent, solatia administrentur, vt absq; murmuratione seruiant. Et iterum quando occupatione minore habent, exeant vbi eis imperatur in opera. Et non solum in ipsis, sed & in omnibus officijs monasterij ista sit consideratio, vt quando indigent, solatia accommodentur eis; & iterum quando vacant, obediant imperanti. Item & cellam hospitum habeat assignata frater, cuius animam timor Dei possideat, vbi sint lecti strati sufficienter, & domus Dei a sapientibus sapienter administretur. Hospitibus

## Beati Benedicti.

48

bus autem cui non precipitur, nullatenus societur, neq; colloquatur. Sed si obuauerit, aut viderit, salutatis humiliter, vt dictum est, & petita benedictione, pertranscat: dicens sibi non licere colloqui cum hospite.

*Si debeat monachus literas uel eulogia suscipere. Cap. LIII.*

**N**Ullatenus liceat monacho nec a parentibus suis, nec a quoquam hominum, nec sibi inuicem literas, aut eulogia, vel qualibet munuscula accipere, aut dare sine precepto abbatis sui. Quod si etiam parentibus suis ei quicquam directum fuerit, non presumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit abbati. Quod si iusserit suscipi, in abbatis sit potestate cui illud iubeat dari: & non contristetur frater, cui forte directum fuerat, vt non detur occasio diabolo. Qui autem aliter presumpserit



psferit, disciplinæ regulari subiaceat.

De uestimentis, uel calciamentis fratrum. Cap. LV.



Vestimenta fratribus secundum locorum qualitatem ubi habitant, vel aerum temperiem dentur: quia in frigidis regionibus amplius indiget, in calidis verò minus. Hæc ergo consideratio penes abbatem sit. Nos tamen mediocribus locis sufficere credimus monachis per singulos cucullam & tunicam, cucullam in hyeme villosam: in æstate puram, aut vetustam, & scapula re propter opera: Indumenta pedum, pedules & caligas. De quarum rerum omnium colore aut grossitudine non causentur monachi, sed quales inueniri possunt in prouincia, in qua habitant, aut quod vilius comparari potest. Abbas autem de mensura prouideat,

deat, ut non sint curta ipsa vestimenta videntibus eis, sed mēsurata. Accipientes noua, vetera semper reddāt in presenti, de ponēda inuestiario ppter pauperes. Sufficit enim monacho duas tunicas, & duas cucullas habere propter noctes, & propter lauare ipsas res. Iā quod superfuerit, superfluum est, & amputari debet. Et pedules, & quodcunque est vetustum, reddāt, cum accipiunt nouum. Femoralia hi qui in via diriguntur, de vestiario accipiant: qui reuertentes, lota ibi restituant: Et cucullæ, & tunicæ sint aliquanto his, quas habere soliti sunt, meliores: quas exeuntes in viam accipiant de vestiario, & reuertentes restituant.

Stramenta autem lectorum sufficiant matta, sagum, læua, & capitale. Qui tamen lecti frequenter ab abbate scrutandi sunt propter opus peculiare, ne inueniatur. & si cui inuentum fuerit, quod ab abbate nō acceperit:

G grauissi-

### Regula

grauissimæ disciplinæ subiaceat. Et vt hoc vitium p̄culiare radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia, quæ sunt necessaria, id est, cuculla, tunica, pedules, caligæ, bracele, cultellus, graphium, acus, mapula, tabulæ, vt omnis auferat necessitatis excusatio. A quo tamen abbate semper consideretur illa sententia actuum apostolorum,

Actu. 4

quod dabatur singulis pro vt cuique opus erat. Ita ergo & abbas consideret infirmitates indigentium, non malam voluntatem inuidentium. In omnibus tamen iudicijs suis Dei retributionem cogitet.

### De mensa abbatis. Cap. LVI.



Mensa abbatis cum hospitibus & peregrinis sit semper. Quoties tamen min⁹ sunt hospites, quos vult de fratribus vocare, in ipsius sit potestate. Seniorum vnum tamen aut duos

### Beati Benedicti.

50

duos semper cum fratribus dimittendos procuret propter disciplinam.

### De artificibus monasterij.

#### Cap. LVII.



Artifices si sunt in monasterio, cum omni humilitate, & reuerentia faciant ipsas artes: si tñ iusserit abbas. Quod si aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suæ, eo quod videatur aliquid conferre monasterio, hic talis euellatur ab ipsa arte, & denuo per eam non transeat: nisi forte humiliato ei iterum abbas iubeat. Si quid verò ex operibus artificum vendandum est, videant ipsi per quorum manus transigenda sunt, ne aliquam fraudem præsumant inferre. Memorentur Anania, & Saphira, ne forte mortem, quam illi in corpore pestulerunt, hanc isti, vel omnes, qui aliquam

G 2

fraud-

## Regula

fraude de rebus monasterij fecerint, in anima patiantur. In ipsis autē pre-  
tijijs non surrepat auaritiæ malum, sed  
semper aliquantulum vilius detur,  
quàm ab alijs secularibus datur, vt in  
omnibus glorificetur Deus.

*De disciplina suscipiendorũ fratrum*

Cap. LVII.

**N**

Ouiter veniat si quis ad cõ-  
uersionẽ, nõ ei facilis tribua-  
tur ingressus. Sed sicut ait  
1. Ioan. apostolus, probetur spiritus si ex Deo  
cap. 4. sunt. Ergo si veniens perseverauerit  
pullans, & illatas sibi iniurias, & diffi-  
cultatem ingressus post quatuor aut  
quinq; dies visus fuerit patienter por-  
tare, & persistere petitioni suæ, annua-  
tur ei ingressus, & sit in cella hospitem  
paucis diebus. Postea autem sit in cel-  
la nouitiorum, vbi meditetur, & man-  
ducet, & dormiat. Et senior ei talis de-  
putetur, qui aptus sit ad lucrandas ani-

Beati Benedicti.

51

mas: qui super eum omnino curiosè  
intendat, & sollicitus sit, si verè Deum  
quærit: & si sollicitus est ad opus Dei,  
ad obedientiam, & opprobria. Præ-  
dicentur ei dura, & aspera, per quæ  
itur ad Deũ. Et si promiserit de stabili-  
tatis suæ perseverantia, post duorũ me-  
sum circulum legatur ei hæc regula  
per ordinem, & dicatur ei. Ecce lex,  
sub qua militare vis: si potes observa-  
re, ingredi: si verò non potes, liber  
discede. Si adhuc steterit, tunc duca-  
tur in supradictam cellam nouitiorũ,  
& iterum probetur in omni patientia.  
Et post sex mensium circulum relega-  
tur ei regula, vt sciat ad quid ingredi-  
tur. Et si adhuc stat, post quatuor men-  
ses iterum relegatur ei eadem regula.  
Et si habita secũ deliberatione promi-  
serit se omnia custodire, & cuncta sibi  
imperata seruare, tunc suscipiatur in co-  
gregatione, sciens se sub lege regulæ cõ-  
stitutum, quòd ei ex illa die nõ liceat  
egredi

mas:

## Regula

gredi de monasterio, nec collum excutere de sub iugo regulæ, quam sub tam morosa deliberatione licuit recufare, aut suscipere.

**S**uscipientes autè, in oratorio corâ omnibus promittat de stabilitate sua, & conuersione morum suorum, & obedientia corâ Deo & sanctis eius, vt si aliquando aliter fecerit, ab eo se dânamandum sciat què irridet. De qua promissione sua faciat petitionè ad nomè sanctorum, quorû reliquiæ ibi sunt, & abbatis præsentis. Quâ petitionè manu sua scribat: aut certè si non scit literas alter ab eo rogatus scribat: & ille nouitius signû faciat: & manu sua eam super altare ponat. Quâ cû posuerit, incipiat ipse nouitius mox hunc versum. Suscipe me domine secundû eloquiû tuum, & viam, & non cõfundas me ab expectatione mea. Què versum omnis congregatio tertio respondeat adiungentes Gloria patri. Tunc ipse frater

Psal.  
118.

## Beati Benedicti.

52

frater nouitius prosternatur singulorum pedibus vt orèt pro eo: & iam ex illa hora in congregatione reputetur. Res si quas habet, aut erogat prius pauperibus, aut facta solenniter donatione conferat monasterio; nihil sibi reseruans ex omnibus: quippe qui ex illo die, nec proprij corporis potestatem se habiturum sciat. Mox ergo in oratorio exuatur rebus proprijs, quibus vestitus est, & induatur rebus monasterij. Illa autem vestimenta, quibus exutus est, reponantur in vestiario conseruanda: vt si aliquando, suadente diabolo, consenserit vt egredia tur de monasterio (quod absit) tunc exutus rebus monasterij, proijciatur. Illam tamen petitionem, quâ desuper altare abbas tulit, non recipiat, sed in monasterio reseruetur.

*De filijs nobilium, uel pauperum, qui offeruntur. Cap. LIX*

Si qui

### Rugula



I quis fortè denobilibus offer filiū suum Deo in monasterio : si ipse puer minori ætate est. parentes eius faciant petitionem, quā supra diximus, & cū oblatione ipsam petitionem & manū pueri in uoluant in palla altaris, & sic eum offerāt. De rebus autē suis aut in præsentī petitione promittant sub iure iurādo, quia nūquā per se, nūquā per suspectā personā, nec quolibet modo ei aliquādo aliquid dent, aut tribuant occasionem habēdi. Vel certè si hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemosynam monasterio pro mercede sua, faciant ex rebus, quas dare volunt monasterio, donationem, referuato sibi, si ita voluerint, vsufructuario. Atq; ita omnia obstruantur, vt nulla suspicio remaneat puero per quam deceptus perire possit (quod absit) qđ experimento didicimus. Similiter autem

### Beati Benedicti.

53

tem & pauperiores faciant. Qui verò ex toto nihil habent, simpliciter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium suum coram testibus.

### De sacerdotibus, qui uoluerint in monasterio habitare.

#### Cap. LX.



I quis de ordine sacerdotum in monasterio se suscipi rogauerit, nō quidem ei citius assentiat. Tamē si omnino pertiterit in hac supplicatione, sciat se omnem regulæ disciplinam seruaturum, nec aliquid ei relaxabitur, vt sit sicut scriptum est. Amice ad quid Mat. uenisti? Concedatur ei tamen post abbatem stare, & benedicere, aut missas tenere, si tamen iusserit ei abbas. Sin aliàs, nullatenus aliqua præsumar, sciens se disciplinæ regulari subditū,

G 5

& magis

## Regula

& magis humilitatis exempla omnibus det. Si fortè ordinationis, aut alicuius rei causa fuerit in monasterio, illum locum attendat, quando ingressus est monasterium, non illum, qui ei pro reuerètia sacerdotij concessus est. Clericorum autem si quis eodem desiderio monasterio sociari voluerit, loco mediocri collocetur, & ipse tamen si promittit de obseruatione regulæ, vel propria stabilitate.

### *De monachis peregrinis qualiter suscipiantur. Cap.*

LXI.



I quis monachus peregrinus de longinquis prouincijs superuenerit, si pro hospite voluerit habitare in monasterio, & conten

## Beati Benedicti.

54

contentus fuerit consuetudine loci, quã inuenerit: & nõ fortè superfluitate sua perturbat monasteriũ, sed simpliciter contentus est quod inuenerit: suscipiatur quanto tempore cupit. Si qua sanè rationabiliter, & cum humilitate charitatis reprehendit, aut ostendit, tractet abbas prudenter, ne fortè cum propter hoc ipsum dominus direxerit. Si verò postea voluerit stabilitatem suam firmare, non renouatur talis voluntas, & maxime, quia tempore hospitalitatis potuit eius vita dignosci. Quòd si superfluous, aut vitiosus inuentus fuerit tempore hospitalitatis, non solùm non debet sociari corpori monasterij, verùm etiam dicatur ei honestè vt discedat, ne eius miseria etiam alij vitientur. Quòd si non fuerit talis, qui mereatur proijci, non solùm si petierit, suscipiatur congregationi sociandus, verùm etiam suadeatur vt stet, vt ei<sup>9</sup> exèplo alij erudiantur

## Regula

diantur: & quia in omni loco vni domino seruitur, vni regi militatur. Quæ si etiam talem esse perspexerit abbas, liceat eum in superiori aliquantulum constituere loco. Non solum autem monachum sed etiam de supradictis gradibus sacerdotum, vel clericorum, stabilire potest abbas in maiori, quæ ingreditur loco, si eius talem prospererit esse vitam. Caueat autem abbas, ne aliquando de alio noto monasterio monachum ad habitandum suscipiat sine consensu abbatis eius, aut literis cõmèdatijs: quia scriptum est. Quod

Tobie.

tibi non vis fieri, alteri nefeceris:

4.

### De sacerdotibus monasterij.

#### Cap. LXII.



I quis abbas sibi presbyterum, vel diaconum ordinari petierit, de suis eligat qui dignus sit sacerdotio fungi. Ordinatus autem caueat

## Beati Benedicti.

55

caueat elationem, aut superbiam, nec quicquam præsumat, nisi quod ei ab abbate præcipitur, sciens se multo magis disciplinæ regulari subditum. Nec occasione sacerdotij obliuiscatur regulæ obedientiam & disciplinam, sed magis ac magis in Deum proficiat. Locum verò illum semper attēdat, quo ingressus est monasterium, præter officium altaris, & si fortè electio congregationis, & voluntas abbatis, pro vitæ merito eum promouere voluerit. Qui tamen regulam à decanis, vel præpositis constitutam sibi seruandam sciat. Quòd si aliter præsumpserit, nõ vt sacerdos, sed vt rebellis iudicetur. Et sæpe admonitus si nõ correxerit, etiam episcopus adhibeatur in testimonium. Quòd si nec sic emendauerit, clarescentibus culpis, proijciatur de monasterio: si tamen talis fuerit eius contumacia, vt subdi, aut obedire regulæ nõlit.

De

Regula  
De ordine congregationis.  
Cap. LXIII.



Ordines suos in monasterio ita conseruent, vt conuersionis tempus, & vitæ meritum discernit, vel vt abbas constituerit. Qui abbas non conturbet gregem sibi commissum: nec quasi libera vtens potestate, iniuste disponat aliquid, sed cogitet semper quod de omnibus iudicijs, & operib<sup>9</sup> suis redditurus est Deo rationem. Ergo secundum ordines, quos constituerit, vel quos habuerint ipsi fratres, sic accedant ad pacem, ad communionem, ad psalmum imponendum, in choro standum. Et in omnibus omnino locis ætas non discernatur in ordine, nec præiudicet: quia Samuel, & Daniel pueri presbyteros iudicauerunt. Ergo exceptis his quos  
(vt dixi-

Beati Benedicti. 56

(vt diximus) altiori cõsilio abbas prætulert, vel degradauerit certis ex causis, reliqui omnes vt conuertuntur ita sint. Vt (verbi gratia) qui secunda diei hora venerit in monasterio, iuniorum se nouerit esse illo, qui prima hora diei venit, cuiuslibet ætatis, aut dignitatis sit.

Veris verò per omnia ab omnibus disciplina teneatur. Iuniores ergo priores suos honorent, priores iuniores suos diligant. In ipsa auté appellatione nominum, nulli liceat alium puro appellare nomine, sed priores iuniores suos fratres nominent, iuniores autem priores suos domnos vocet, quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem quia vices Christi agere videtur, domnus, & abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore, & amore Christi. Ipse autem cogitet, & sic se exhibeat, vt dignus sit tali honore. Vbicunque autem sibi obuiant fratres



## Regula

tres, iunior a priore benedictionem petat. Transeunte maiore, iunior surgat, & det ei locum sedendi: neq; presumat iunior confedere, nisi ei precipiat senior suus, vt fiat quod scriptum est. Honore inuicem praeuenientes. Pueri vel adoleſcentes in oratorio, vel ad mensam cum disciplina ordines suos consequantur: foris autem vel vbi vbi custodiam habeant, & disciplinam, vsque dum ad intelligibilem aetatem perueniunt.

## De ordinando abbate. Cap. LXIII.



**I**N abbatis ordinatione illa semper consideretur ratio, vt hic constituitur, quem sibi omnis cōcors congregatio secundum timorem Dei, siue etiam pars, quanuis parua congregationis saniori consilio elegerit. Vitae autem merito, & sapientiae doctrina eligatur qui ordi-

## Beati Benedicti.

39

ordinandus est, etiā si vltimus fuerit in ordine cōgregationis. Quod si etiam oīs cōgregatio vitijs suis (quod quidē ablit) cōsentientē personam pari consilio elegerit: & vitia ipsa aliquatenus in notitiam episcopi, ad cuius diocesis pertinet locus ipse, vel abbatibus aut Christianis vicinis claruerint, prohibeāt prauorū praeualere cōsensum, & demum Dei dignum constituent dispensatorem, scientes pro hoc se recepturos mercedē bonam, si illud castē, & zelo Dei faciant, sicut ē contrario peccatum in cursuros, si negligant.

**O**rdinatus autem abbas, cogitet semper quale onus suscepit, & cui redditurus est rationem villicationis suae: sciatque sibi oportere prodesse magis, quam praesse. Oportet er- Nota.  
go eū esse doctum lege diuina, vt sciat vnde pferat noua & vetera: castū, sobriū, misericordem, & semper super exaltet misericordiā iudicio, vt idē ipse

H consc-

Regula

consequatur. Oderit vita, diligat fratres. In ipsa autem correptione prudenter agat, & ne quid nimis: ne dum nimis cupit eradere eruginem, frangatur vas. Suamque fragilitatem semper suspectus sit: memineritque, calamum quassatum non conterendum. In quibus non dicimus, ut permittat nutriri vitia: sed prudenter, & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire, sicut iam diximus: & studeat plus amari, quam timeri. Non sit turbulentus & anxius: non sit nimius, & obstinatus: non sit zelotypus, & nimis suspiciosus: quia nunquam requiescet. In ipsis imperijs suis sit prouidus & consideratus: siue secundum Deum, siue secundum seculum sint. Opera, que iniungit, discernat, & temperet, cogitans discretionem sancti Iacob dicentis. Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti vno die. Hac ergo, aliaque testimonia, discretionis

Gen.  
33.

Beati Benedicti. 58

tionis matris virtutum sumes, sic omnia temperet, ut sit quod & fortes cupiat, & infirmi non refugiant. Et precipue ut presentem regulam in omnibus conseruet: ut cum bene ministraverit, audiat a domino, Seruus bonus, qui rogauit triticum conseruis suis in tempore suo, Amé dico vobis, ait super omnia bona sua constituet eum. 24.

De preposito monasterij.

Cap. LXV.



Episcopus quidem contingit, ut per ordinationem prepositi, scandala grauiora in monasterijs oriuntur: dum sunt aliqui maligno spiritu superbiae inflati, qui existimantes se secundos abbates esse, assumentes sibi tyrannidem, scandala nutriunt, & dissensiones in congregatione faciunt, & maxime in illis locis, vbi ab eodem sacerdote, vel ab eisdem abbatibus

H 2 batibus

## Regula

batibus, qui abbatem ordinat, ab ipsis etiam & praepositus ordinatur. Quod quam sit absurdum, facile aduertitur: quia ab ipso initio ordinationis materia ei datur superbiendi: dum ei suggeritur a cogitationibus suis exutū esse a potestate abbatis sui: quia ab ipsis est ordinatus, a quibus & abbas. Hinc suscitantur inuidia, rixa, detractioes, æmulationes, dissensiones. & in ordinationes: & dum contraria sibi inuicem abbas praepositusque sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari: & hi qui sub ipsis sunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionem. Cuius periculi malū illos respicit in capite, qui talibus in ordinatione se fecerunt auctores.

**I** Deoque nos prauidemus expedire propter pacis, charitatisque custodiam in abbatis pendere arbitrio ordinationem monasterij sui: & si potest fieri, per decanos ordinetur: ut antea de

sposui.

## Beati Benedicti.

59

sposimus omnis utilitas monasterij prout abbas disposuerit: ut dum plurius committitur, vnus non superbiat. Quod si aut locus expetit, aut congregatio petierit rationabiliter cum humilitate, & abbas iudicauerit expedire, & quemcunq; elegerit abbas cum consilio fratrum timentium Deum ordinet ipse sibi praepositum. Qui tamē praepositus illa agat cum reuerentia, quae ab abbate suo ei iniuncta fuerint: nihil contra abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens: quia quantum praelatus est caeteris, tantum eum oportet sollicitè obseruare praepcepta regulae. Qui praepositus si repertus fuerit vitiosus aut elatione deceptus superbiae, aut contemptor sanctae regulae fuerit comprobatus, admonetur verbis vsque quater: si non emendauerit, adhibeatur ei correptio disciplinae regularis. Quod si neque sic correxerit: tunc deiciatur de ordine

H 3

pra-

## Regula

præposituræ: & alius, qui dignus sit, in loco eius subrogetur. Quod & si postea in congregatione quietus & obediens non fuerit, etiam de monasterio expellatur. Cogitet tamen abbas se de omnibus iudicijs suis Deo redditurum rationem: ne fortè inuidiæ, aut zelus flamma urat animam.

### De ostiarijs monasterij.

#### Cap. LXVI.



**A**D portam monasterij ponatur senex sapiens, qui sciat accipere responsum & reddere: cuius maturitas cum non sinat vagari. Qui portarius cellam debet habere iuxta portam: ut venientes semper præsentem inueniant, à quo respõsum accipiant. Et mox ut aliquis pulsauerit, aut pauper clamauerit, Deo gratias respondeat, aut benedicat: & cum omni mansuetudine ti-

## Beati Benedicti. 60

ne timoris Dei reddat responsum festinanter cum feruore charitatis. Qui portarius si indiget solatio, iuniorè fratrem accipiat. Monasterium autem, si possit fieri, ita debet cõstrui: ut omnia necessaria, idest, aqua, molendinũ, hortus, pistrinum, vel artes diuersæ intra monasterium exerceantur: ut non sit necessitas monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum. Hanc autem regulã sapius volumus in congregatione legi: ne quis fratrum se de ignorantia excuset.

### De fratribus inuia directis.

#### Cap. LXVII.



**D**Irigendi fratres in via, omnium fratrum, vel abbas orationi se commendent: semper ad orationem vltimam operis Dei commemoratio omnium absentium

## Regula

tium fiat. Reuertetes autem de via fratres ipso die, quo redeunt, per omnes canonicas horas dum expleatur opus Dei prostrati solo oratorij, ab omnibus petant orationem propter excessus: ne quid fortè surrepserit in via visus, aut auditus malæ rei, aut otiosi sermonis. Nec præsumat quisquam alijs referre, quæcunq; extra monasteriũ viderit aut audierit, quia plurima destructio est. Quod si quis præsumpserit, vindictę regulari subiaceat. Similiter & qui præsumpserit claustra monasterij egredi, vel quocunq; ire, vel quippiam, quanuis paruum, sine abbatis iussione facere.

*Si fratri impossibilia iniunguntur.*

*Cap. LXVIII.*

**S**I cui fratri aliqua fortè graui, aut impossibilia iniunguntur, suscipiat quidem iubentis imperium cum omni mansuetudine, & obediẽtia. Quod  
si om.

## Beati Benedicti.

61

si omnino virtum suarum mensuram viderit pondus excedere, impossibilitatis suæ causas ei, qui sibi præest, patienter, & opportunè suggerat, nõ superbiendo, aut resistendo, vel contradicendo. Quod si post suggestionem suam, in sua sententia prioris imperiũ perdurauerit, sciat iunior ita sibi expedire: & ex charitate confidens de adiutorio Dei obediat.

*Vt in monasterio non præsumat alter alterum defendere. Cap. LXIX.*



Immo opere præcauendum est, ne quauis occasione præsumat alius aliũ defendere monachum in monasterio, aut quasi tueri: etiam si qualibet consanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id à monachis præsumatur:

H s quia

Regula

quia ex inde grauisissima occasio scandalorum oriri potest. Quod si quis hæc transgressus fuerit, acrius coerceatur.

*Vt non præsumat quisquam aliquem passim cedere, aut excommunicare.*

Caput. LXX.



Etetur in monasterio omnis præsumptionis occasio. Ordinamus atque constituimus, ut nulli liceat quenquam fratrum suorum excommunicare, aut cedere, nisi cui potestas ab abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant. In fan-ribus verò vsque ad quintum decimum annum ætatis, disciplinæ diligentia sit: & custodia adhibeatur ab omnibus, sed & hoc cum omni mensura, & ratione. Nam in fortiori ætate, qui præsumpserit aliquatenus sine præcepto abbatis, vel in ipsos infantes sine discretione exar-

Beati Benedicti.

62

ne exarserit, disciplinæ regulari subiacet: quia scriptum est. Quod tibi non Tobie. vis fieri, alij ne feceris. 4.

*Vt obedientes sint sibi fratres inuicè.*

Cap. LXXI.



Obedientiæ bonum non solum abbati exhibendum est: sed etiam sibi inuicè obediant fratres, scientes per hanc obedientiæ viam, se ituros ad Deum. Præmissio ergo abbatis, aut præpositorum, qui ab eo constituuntur, imperio, cui non permittimus priuata imperia præponi, de cætero omnes iuniores prioribus suis omni charitate, & sollicitudine obediant. Quod si quis cõtétiosus reperitur, corripatur. Si quis autè frater pro quauis minima causa ab abbate, vel à quocunque prioris suo corripitur quolibet modo, vel si leuiter senserit animum prioris cuiuscun-

## Regula.

Inscunq̄ue contra se iratum, vel cōmotum, quanuis modicè, mox sine mora tandiu prostratus in terra ante pedes eius idceat satisfaciens, vsq; dum benedictione sanetur illa cōmotio. Quod si quis contempserit facere, aut corporali vindictæ subiaceat, aut si cōrumax fuerit, de monasterio expellatur.

*De zelo bono, quem debent monachi habere. Cap. LXXII.*



Sicut est zelus amaritudinis malus, qui se parat à Deo, & ducit ad infernum ita est zelus bonus, qui se parat à vitijs, & ducit ad Deum, & ad vitam æternam. Hunc ergo zelum feruentissimo amore exerceant monachi, id est, vt honore se inuicem præueniant. Infirmittes suas siue corporum, siue morum patientissimè tolerant: obedientiam sibi

## Beati Benedicti.

73

sibi certatim impendât. Nullus quod sibi vtile iudicat, sequatur, sed quod magis alij. Charitatem fraternitatis casto impendant amore. Deum timeât, abbatem suum syncera, & humili charitate diligant, Christo omnino nihil præponant: qui nos pariter ad vitam æternam perducatur. Amen.

*De eo, quod non omnis obseruatio iustitiæ in hac sit regula constituta.*

*Cap. LXXIII.*



Regulam autem hanc descripsimus, vt eam obseruantes in monasterijs aliquatenus vel honestatem morum, aut initium conuersationis nos demonstramus habere. Cæterùm ad perfectionem conuersationis qui festinant, sunt doctrinæ sanctorum patrum: quarum obseruatio perducit hominem ad celsitudinem

Regula

nem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis sermo diuinæ autoritatis veteris ac noui testamenti nõ est rectissima norma vitæ humanæ? Aut quis liber sanctorum catholicorum patrum hoc non resonat, vt recto cursu perueniamus ad creatorem nostrum? Necnon & collationes patrum, & instituta, & vita eorum, sed & regula sancti patris nostri Basilij, quid aliud sunt, nisi bene viuentium & obedientium monachorum exempla & instrumenta virtutum? Nobis autem desidiosis, & male viuentibus, atque negligentibus rubor confusionis est. Quisquis ergo ad patriam cœlestem festinas, hanc minimam inchoationis regulam descriptam, adiuuante Christo perface: & tunc demum ad maiora, quæ supra commemorauimus, doctrinæ, virtutumque culmina, Deo protegente, peruenies. Amen.

DEVO.

Forma profes.

74

DEVOTISSIMA PROFITENDI SVB EADEM BEATISSIMI Patris Benedicti regula, iuxta optimam consuetudinem congregationis Casinensis, aliàs Sanct.

Iustinae de Padua.

**Q** Vando nouitius profiteri debet, pater monasterij præparet se missam celebraturus, aut alius, assistente patre. Et post offertorium accedat nouitius professurus ante altare, & rectus legat petitionem suam dicens.

¶ Forma petitionis.



**N** nomine domini nostri IESV Christi. Amen. Anno à natiuitate eiusdem M. D. Die mensis, ego do. B. de tali loco, & dice cefi



## Regula

cœsi promitto stabilitatem meã, & conuerſationem morum meorũ, obedientiam ſecundũ Regulam ſancti Benedicti coram Deo & omnibus ſanctis, quorum reliquiã habentur in hoc monaſterio. N. diœceſis. N. in præſentia do. B. abbatis eiufdem monaſterij ſub congregatione. S. I. u. ad cuius rei fidẽ hãc petitionem manu propria ſcripſi dic, de quo ſuprà. Quã perfectã offerat ſuper altare, illud oſculado, ac ſignum crucis in ea manu propria imprimendo. Poſtea ſtãte eo genibus flexis, pater monaſterij dicat hanc orationem abſolutẽ.

**O** Remus, Fratres chariſſimi: vt quã frater iſte ore pfeſſus eſt, opere feliciter compleat: auxiliante domino noſtro Ieſu chriſto, qui cũ patre, & ſpiritu ſancto uiuit & regnat, Deus per omnia ſecula ſeculorũ, Amẽ. Tunc iſte nouiti⁹ dicat ter hũc verſum: faciendo tres genuflexiones in modũ pſallẽdi.

Suſci-

## Profef.

75

Suſcipe me domine ſecundũ eloquium tuum & viam: & non confundas me ab expectatione mea. Et chorus ſimiliter reſpondeat eundem verſum cum Gloria patri. Nouitio igitur ſtãte genibus flexis, capite aliquantulum inclinato, caputium profundẽ in capite tenẽte, Pater monaſterij mediocri voce cantando hos dicat verſus ſequentes cum ſuis orationibus. Kyrie elef. Chorus reſpondet. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Verſ. Et ne nos. Reſp. Sed libera. Verſ. Saluũ fac ſeruũ tuum. Reſp. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Oſtende ei domine miſericordiam tuam. Reſp. Et ſaluare tuum da ei. Verſ. Eſto ei domine turris fortitudinis. Reſ. A facie inimici. Verſ. Nihil proficiat inimicus in eo. Reſ. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. Verſ. Mitte ei domine auxilium de ſancto. Reſp. Et de Sion tuerẽ cum. Verſ. Domine exaudi orationẽ

I

meam.

Forma

meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum. Resp. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Oratio.

**D**eus indulgentiæ pater, qui severitatem tuæ districtiōis temperans indulxisti ne filius portet iniquitatem patris: & qui mira dispensatione etiam malis bene utens, tuæ dignitatis gratiam per eos frequenter operaris: quæsumus clementiam tuam: ut huic famulo tuo non obstitat, quòd habitum religionis per nos tanta aetali re indignos accipit, sed ministeriū, quod per nos exterius exhibetur, tu interiorius per donum sancti spiritus exquiras. Per. in unitate eiusdem spiritus. Oremus.

Oratio.

**D**eus qui per coeternum filium tuum cuncta creasti, qui que mundum peccatis inueteratum, per mysterium incarnationis eius renouare dignatus

Profes.

76

gnatus es: te suppliciter exoramus: ut eiusdem domini nostri gratia super hunc famulum tuum abrenuntiationem seculi profitentem clementer respicere dignetur: per quam in spiritu mentis suæ renouatus, veterem hominem cum actibus suis exuat, & nouum, qui secundum Deum creatus est, induere mereatur. Per eundem Christum dominum nostrum. Oremus.

Oratio.

**D**omine Iesu, qui es via, sine qua nemo venit ad patrem: quæsumus benignissimam clementiam tuam, ut hanc famulum tuum à carnalibus desiderijs abstractum, per iter disciplinæ regularis deducas, ut qui peccatores vocare dignatus es, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, præsta, ut hæc vox inuitationis tuæ ita in eo conualescat, quatenus onera peccatorum deponens, & quam dulcis es gustus, tua refectiōe sustenta

Forma

ri mereatur, & sicut attestari de omnibus tuis dignitatus es, agnosce eum inter oues tuas, & ipse te agnoscat, ut alienum non sequatur, sed te: neque audiatur vocem alienorum, sed tuam, qua dicis. Qui mihi ministrat, me sequatur. Qui uiuis & regnas in secula seculorum. Oremus.

Oratio.

**S**ancte spiritus, qui te Deum ac dominum reuelare dignatus es mortalibus, immensam tuam pietatis gratiam postulamus; ut sicut ubiuis spiras, sic & huic famulo tuo affectum deuotionis indulgeas: & quoniam tua sapientia est conditus, tua quoque prouidentia gubernetur, quem iuxta tibi consuetam gratiam unctio tua de omnibus doceat, & per intercessionem beatissimi patris nostri Benedicti, quem precipuum huius sanctae institutionis legislatores dedisti, necnon & aliorum sanctorum, ad quorum nomina petitionem facit, fac eum a uanitate seculi uaciter

Profes.

77

raciter conuerti, & sicut es omnium peccatorum remissio, deprimetes impietatis obligationes in eo dissolue, & ad obseruantiam huius sancti propositi fac eum certatim feruere, ut in tribulationibus, & angustijs tua indeficienti consolatione valeat respirare, & iuste, & pie, per veram humilitatem, atque obedientiam in fraterna charitate fundatus, quod te donante hodie promittit, felici perseuerantia compleat. Qui cum Deo patre sanctoque unigenito filio eius domino nostro Iesu Christo uiuis & glorians Deus per infinita secula seculorum. Respon. Amen.

His completis, vertit se ad benedictum indumenta monachalia, absolute incipiens orationem.

**D**omine Iesu Christe, qui tegumen nostrae mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam tuam largitatis abundantiam, ut hoc ge

### Forma

nus vestimenti, quod sancti patres ad innocentiae, vel humilitatis indicium abrenuntiantes seculo ferre sanxerunt, tu ita bene ¶ dicere, & sanctificare digneris, ut hic famulus tuus, qui hoc indutus fuerit indumento, te quoque induere mereatur. Qui vivis & regnas in secula seculorum. Respon. Amen. Oremus.

### Oratio.

**D**Eus aeternorum bonorum fidelissime promissor, & certissime persolutor, qui vestimentum salutis, & indumentum iucunditatis tuis fidelibus promissisti, clementiam tuam humiliter exoptamus, ut haec indumenta humilitatem cordis, & contemptum mundi significantia, quibus famulus tuus sancto visibili est informandus proposito, propitius bene ¶ dicas, ut beatæ abnegationis habitum, quem te aspirante suscipit, te protegente custodiat, & quem vestibus venerandæ religionis

### Profes.

78

gionis induis temporaliter, beata facias immortalitate vestiri. Per Christum dominum nostrum. Oremus.

### Oratio.

**D**omine Deus bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, te subnixis precibus deprecamur, ut has vestes benedicere, & sanctificare digneris, quas famulus tuus pro indicio agnoscendæ religionis induere vult, ut inter reliquos fratres tibi cognoscatur dicatus. Per dominum.

**Q**VIBVS completis, novitius, ac indumenta præfata adoleatur in censo, & aqua benedicta aspergantur. Postea pater genuflexus in medio ante altare incipit cantare.

### Hymnum.

14

Veni

Forma



Eni creator spiritus, mentes tuorum visita: imple superna gratia, quæ tu creasti pectora.

Qui paracletus. diceris donum Dei altissimi, fons viuus, ignis, charitas, & spiritalis vnctio.

Tu septiformis munere, dextræ Dei tu digirus, turritè promissum patris, sermone ditans guttura.

Accende lumè sensibus, infunde amorem cordibus: infirma nostri corporis virtute firmans perpetim.

Hostem repellas longius, pacemq; dones protiaus, ductore sic te prauio, vltimus omne noxium.

Per te sciamus da patré, noscamus atque filium: te vtriusque spiritum credamus omni tempore.

Gloria patri domino, natoq; , qui à mortuis surrexit, ac paracleto, in seculoruna secula. Respon. Amen.

Chorus vsque in finem prosequitur.

Inte-

Profes.

79

Interim pater exuat nouitium habitum nouitiale, dicendo hunc versum.

Exuat te dominus vet erem hominem cum actibus suis. Subsequenter induat eum vestibus benedictis, dicens hunc versum. Induat te dominus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

¶ Quo induto, pater absolutè incipit orationem.



Onipotens sempiterne Deus, cuius charitatis ardore succensus hic famulus tuus stabilitatem suam tibi in hac congregatione promittendo, tuo iugo collum submittit, concede propitius, vt in vltimo tui examinis die in dextera tua collocatus, cuncta deuotionis suæ promissa se

I 5 ad im-

Forma

adimpleſſe lateatur. Per Chriſtum do-  
minum noſtrum. Oratio.

**D**Eus qui beatiffimū Benedictum  
abſtractum à mundi turbinibus  
tibi ſoli militare iuſiſti tribue quaſu-  
mus huic famulo tuo ſub eius magi-  
ſtro ad tuum ſeruitium feſtinanti, per  
ſeruerādi inſtantiam, & perfectam vſ-  
que in finem victoriam. Per Chriſtum  
dominum noſtrum. Oremus.

Oratio.

**P**Ræſta domine famulo tuo renun-  
cianti ſecularibus pompis gratiæ  
tuæ ianuas aperiri, quæ deſpecto dia-  
bolo, confugit ſub titulum Chriſti, iu-  
be eum venientem ad te ſereno vultu  
ſuſcipi: ne de eo valeat inimicus trium-  
phare, tribue ei brachium inſatigabi-  
le auxiliij tui, & mentem eius fidei lori-  
ca circumda, vt pericula cuncta, & dia-  
boli tentamenta ſe gaudeat euafiſſe.  
Per eundem dominum noſtrū Ieſum  
Chriſtum filium tuum.

¶ Qui-

Profef.

80

¶ Quibus cōpletis, pater det ei oſcu-  
lum pacis, & ſic ſucceſſiuè omnes fra-  
tres à choro venientes. Poſtea furgēs  
de loco illo, iaceat ſuper vnum latus  
ante altare honeſtè ſuper pallio nigro  
ad hoc præparato, facie manibus cum  
pedibus de cuculla coopertis, poſitis  
duobus cereis, vno ad caput, & altero  
ad pedes, in ſignum, vt viuat mortuus,  
& moriatur viuens. Cōpleta verò poſt  
communione, ſacerdos ſiue diaconus  
vertens ſe ad ipſum, mediocri voce di-  
cat. Surge qui dormis, & exurge à mor-  
tuis, & illuminabit te Chriſtus. Tunc  
ipſe frater furgat ad communionem.  
Demum pater benedicat eum dicens.  
Benedictio Dei patris omnipotentis,  
& filij, & ſpiritus ſancti deſcēdat ſuper  
te, & maneat ſemper. Amen. ¶ Poſtea  
aſſignetur ſibi locus in vltimo profef-  
ſorum gradu.

FINIS.

81

LIB. II. DIALO-  
GORVM BEATI  
GREGORII.

*Incipit secundus liber Dialogorum  
Beati Gregorij Papæ, de uita & mi-  
raculis Beati patris nostri Bene-  
dicti.*



VIT vir vitæ ve-  
nerabilis gratia  
Benedictus & no-  
mine ab ipso pue-  
ritiæ suæ tempore  
cor gerens senile.  
Ætatē quippe mo-  
ribus transiēs, nulli animū voluptati  
dedit. Sed dū in hac terra adhuc esset,  
quo tēporaliter liberè uti potuisset, de-  
spexit iam quasi aridū mundum cum  
flore. Qui liberiori genere ex prouin-  
cia Nursiæ exortus: Romæ liberali-  
bus.

Liber. II. Dialog.

bus literarum studijs traditus à paren-  
tibus fuerat. Sed cum in eis multos ire  
per abrupta vitiorum cerneret, eum,  
quem quasi ingressu mundi posuerat,  
retraxit pedem: ne si quid de scientia  
eius attingeret, ipse quoq; postmodù  
in immane præcipitium totus iret.  
Despectis itaq; literarum studijs, reli-  
cta domo, rebusq; patris, soli Deo pla-  
cere desyderans, sanctæ conuersatio-  
nis habitum quæsiuit. Recessit igitur  
scienter nescius, & sapiéter indoctus.  
Huius ego omnia gesta nõ didici: sed  
pauca quæ narro, quatuor discipulis  
illius referentibus agnouì: Constan-  
tino, scilicet, reuerendissimo valde vi-  
ro, qui ei in monasterij regimine suc-  
cessit: Valentiniano quoq;, qui annis  
multis Lateranensì monasterio præ-  
fuit: Simplicio, qui congregationem  
illius post eum tertius rexit: Honora-  
to etiam, qui nũc adhuc cellæ eius, in  
qua prius conuersatus fuerat, præest.

Hic

Beati Gregorij.

15

Hic itaque cum cum multis literarum  
studijs potius didicisse dicere uideretur,  
nutrix, quæ hanc artem amabat, hanc  
culta est.

*Quemadmodum in uenerabilibus libris  
tam sanctis, tamque reuerendis, de  
de capite in libro peritus non  
est integrum, sicut dicitur. Cap. I.*



Veni ad locum uenerabilem,  
qui hinc dicitur, et hinc  
que hinc dicitur, et hinc  
dicitur, et hinc dicitur.  
bus, in beati Petri ecclesia demoran-  
tur: prædicta nutrix illius ad purgandum  
tritricum à vicinis mulieribus prædari  
sibi capistrum petiit. Quod super mon-  
sam incautè derelictum, casu accidente,  
fractum est, sic, ut in duas partes inueni-  
retur diuisum. Quod mox ut rediens  
nutrix illius inuenit, vehementissimè  
flere cepit: quia vas, quod prædictum ac-  
cepe-



ceperat, fractū videbat. Benedictus autē religiosus & pius puer cū nutricem suam flere cōspiceret, eius dolori compassus, ablatis secum vtrisque fractica pisterij partibus, sese cum lacrymis in oratione dedit. Quā ab oratione surgens, ita iuxta se vas sanum reperit, vt in eo fracturæ vestigia nulla videri potuissent. Mox autem nutricem blandē consolatus, ei sanum capisterium reddidit, quod fractum tulerat. Quæ res in eodem loco à cunctis est agnita, atque in tanta admiratione habita, vt hoc ipsum capisterium eius loci incolæ in ecclesiæ ingressu suspenderēt: quatenus & præsentis, & futuræ omnes agnoscerent, Benedictus puer conuersationis gratiam à quanta perfectione cœpisset. Quod annis multis illic ante oculos omnium fuit: & vsq; ad hæc Longobardorum tempora super fores ecclesiæ pependit. Sed Benedictus plus appetens mala mundi per  
peti,

peti, quā laudes: pro Deo laboribus fatigari, quā vitæ huius fauoribus extolli: nutricem suam occultē fugiens, deserti loci secessum petijt, cui Sublacus vocabulum est: qui à Romana vrbe quadraginta ferè passuum milibus distās, frigidās, atque perspicuas emanat aquas. Quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenso prius lacu colligitur, ad postremum verò in amnem deriuatur. Quò quum fugiēs pergeret, monachus quidam, Romanus nomine, hunc euntem reperit, & quò tenderet, requisit. Cuius cū desiderium cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impendit, eiq; sanctæ conuersationis habitum tradidit, & in quantum licuit ministravit. Vir autem Dei ad eundem locum perueniens, in arctissimo specu se tradidit: tribusq; annis, excepto Romano monacho, hominibus incognitus mansit. Qui videlicet Romanus non lon-  
gè in  
K gè in

gè in monasterio sub Adeo dati patris regula debebat. Sed piè eiusdem patris sui oculis furabatur horas, & què sibi ad manducandum furripere poterat, diebus certis Benedicto panem se rebat. Ad eundem verò specum à Romani cella iter non erat, quia excelsa super rupes eminebat: sed ex eadem rupe in longissimo fune religatum Romanus deponere panem consueverat. In qua etiam resti paruum tintinnabulum inseruit: vt ad sonum tintinnabuli, vir dei cognosceret, quòdo Romanus sibi panem præberet, quem exiens acciperet. Sed antiquus hostis vnus charitati inuidens, alterius refectio, cum quadam die submitti panem conspiceret, iactauit lapidem, & tintinnabulum fregit. Romanus tamen horis cògruentibus ministrare non desijt. Cùm verò iam omnipotens Deus & Romanum vellet à labore quiescere, & Benedicti vitam

in

in exemplum hominibus demonstrare, vt posita super candelabrum lucerna claresceret: quatenus omnibus, qui in domo Dei sunt, luceret, cuidam presbytero longius manenti, qui refectioem sibi in paschali festiuitate parauerat, per visum dominus apparere dignatus est, dicens. Tu tibi delicias præparas, & seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinùs surrexit: atque in ipsa solennitate paschali cum alimentis, quæ sibi parauerat, ad locum tetendit: & virum Dei per abrupta montium, per concaua vallium, per defossa terrarum quæsiuit, eumque latere in specu reperit. Cumque oratione facta, benedicentes dominum, confedisissent: post dulcia vite colloquia, is qui aduenerat presbyter, dixit. Surge, sumamus cibum, quia hodie pascha est. Cui vir domini respondit, dicēs. Scio quòd pascha est, quia videre te merui. Longè quippe ab ho-

K 2

mini-

minibus positus, quod die eodem paschalis esset solenitas, ignorabat. Venerabilis autem presbyter rursus asseruit dicens. Veraciter hodie resurrectionis dominicæ paschalis dies est, abstinere tibi minimè congruit: quia & ego ad hoc missus sum, vt dona omnipotentis Dei pariter sumamus. Benedicentes igitur Deum, sumpserunt cibum. Expleta itaq; refectione, & colloquio, ad ecclesiam presbyter recessit. Eodem quoq; tempore, hùc inspecu latitantem etiam pastores inueniunt. Quem cum vestitum pellibus inter fruteta cernerent, aliquam bestiam esse crediderunt. Sed cognoscetes Dei seruum esse, eorum multi ad pietatis gratiam à bestiali mente mutati sunt. Nomen itaque eius per vicina loca cunctis innotuit. Factumque est, vt ex illo iam tempore à multis frequentari cœpisset. Qui cum ei cibos deferrent corporis, ab eius ore

in suo

in suo pectore alimenta referrebant vitæ.

*Quemadmodum ales Merula ei circa faciem infesta fuit uolitans, ex quo ualida carnis postmodum tentatio insecuta est. Cap. II.*



Vadam verò die cum solus esset, tentator affuit. Nam nigra paruaque auis, quæ vulgo Merula vocatur, circa eius faciem volitare cœpit, eiusque vultui importunè insistere: ita vt capi manu posset, si hanc vir sanctus tenere voluisset. Sed signo crucis edito, recessit auis. Tanta autem tentatio carnis aut eadem recedente secuta est, quantum vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam nanque sceminam aliquando viderat, quam malignus spiritus ante mentis eius oculos redu-

Liber. II. Dialog.

xit: tantoque igne serui Dei animum in speciem illius accendit, vt se in eius pectore amoris flamma vix caperet, & iam penè deferere cremum, voluptate victus, deliberaret, cum subito superna gratia respectus, ad semetipsum reuersus est: atque vrticarum, & veprum iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, exutus indumento, nudam se in illis spinarum aculeis, & vrticarum incendijs proiecit: ubique diu volutatus, toto ex eis corpore vulneratus exijt: & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis: quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque pœnaliter bene arderet foris, extiaxit quod illicitè ardebat intus. Vicit itaque peccatum, quia mutauit incendium. Ex quo videlicet tempore (sicut post discipulis suis ipse perhibeat) ita in illo est tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid in se minimè sentiret. Cœperunt post-

Beati Gregorij.

86

postmodum multi iam mundum relinquare, atque ad eius magisterium festinare: liber quippe à tentationis vicio, iam iure factus est virtutum magister. Vnde & per Moysen præcipitur, vt Leuitæ à viginti quinque annis & supra, ministrare debeant: ab anno vero quinquagesimo custodes valorum fiant.

¶ Petrus.

I Am quidem prolati testimonij mihi aliquantum intellectus interlucet: sed tamen hoc pleniùs postulo exponi.

¶ Gregorius.

L I Q V E T Petre, quòd in iuente carnis tentatio ferueat: ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat. Vasa autem sacra, sunt fidelium mentes. Electi ergo cum adhuc in tentatione sunt, subesse eos, ac seruire necesse est, & obse-

K 4

quij

quijs, laboribusque fatigari. Cum vero iam mentis ætate tranquilla calor recesserit tentationis, custodes vasorum sunt, quia doctores animarum fiunt.

¶ Petrus.

**F**ateor, placet quod dicis. Sed quia prolati testimonij clausa referasti, quaeso, vt de vita beati viri debeas ea quæ sunt inchoata percurrere.

*Quomodò monachorum illic vicinorum pulsatus precibus, in eorum abbatem est assumptus. Cap. III.*

¶ Gregorius.

**R**ecedente igitur tentatione, vir Dei quasi spinis exuis exculpta terra de virtutù segete feracius fructum dedit. Preconio itaque eximie cõuersationis celebre nomen eius habebatur. Non longè autè monasterium fuit, cuius congregatio

nis

nis pater defunctus est: omnisque ex illo cõgregatio ad eundè venerabilem Benedictũ venit: & magnis precibus, vt eis præesse deberet, petijt. Qui diu negando distulit: & suos, illorumque fratrum mores conuenire nõ posse prædixit: sed victus quãdoque precibus, assensum dedit. Cũque in eodè monasterio regularis vitæ custodiã teneret: nullique (vt prius) per actus illicitos in dexteram læuamque partè deflectere à cõuersationis itinere liceret, suscepti fratres insanè sæuientes, semetipsos prius accusare cõperunt, quia hũc sibi præesse poposcerat. Quorum scilicet fortitudo in normã eius rectitudinis offendebar. Cũque sibi sub eo conspicerent illicita nõ licere, & se doleret assueta relinquere: durumque esset, quod in mente veteri cogebatur noua meditari (sicut prauis moribus semper grauis est vita bonorum) tractare de eius morte aliqui conati sunt. Qui inito consi-

K s      lio,

Iio, venenum vino miscuerūt. Et cum vas vitreum, in quo ille pestifer potus habebatur recumbenti patri ex more monasterij ad benedicendum fuisset oblatum: Benedictus extensa manu, signum crucis edidit: & vas, quod longius tenebatur, eodē signo rupit: sicq; confractum est, ac si in illo vase mortis, pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinūs vir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit signum vitæ. Atque illic surrexit: & vultu placido, mente tranquilla conuocatos fratres allocutus est, dicens. Misereatur vestri fratres omnipotens Deus: quare in me facere ista voluistis? Nunquid non prius dixi, & vestris, ac meis moribus non conueniret? Ite, & iuxta mores vestros vobis patrē querite: quia me posthac minimè habere potestis. Tunc ad locū dilectæ solitudinis redijt: & solus in superni inspectoris oculis habitauit secum.

cum.

¶ Petrus.

**M**Inūs patienter intelligo, quidnam sit, habitauit secum.

¶ Gregorius.

**S**I sanctus vir cōtra vnanimiter cōspirātes, suāq; cōuersationi longè dissimiles, coactus diu sustinere voluisset, fortasse sui vigoris vsus, & modū tranquillitatis excederet, atq; à cōtemplationis lumine mētis suæ oculū declinasset: dumq; quotidie illorū in cōrrectione fatigatus, minūs curaret sua, & se forsità relinqueret, & illos nō inueniret. Nā quotiens per cogitationis motū nimidē extra nos ducimur, & nos sumus, & nobiscū non sumus: quia nosmetipsos minimè vidētes, per alia vagamur. An illū secū fuisse dicimus, qui in longinquā regionē abiit, portionem quā acceperat cōsumpsit, vni in eaciuū adhēsit, porcos paut, quos & māducare siliquas videret, & esuriret? Qui tñ cū postmodū cœpit cogitare bona

Liber. II. Dialog.

bona quæ perdidit, scriptū de illo est: In se reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Si igitur secum fuit, vnde ad se redijt? Hūc ergo venerabilem virum secum habitasse dixerim: quia sua semper custodia circumspectus, ante oculos cōditoris se semper aspiciēs, se semper examinans, extra mentis suæ oculum non diuulgauit. ¶ Petrus.

**Q**uid ergo est, quod de Petro apostolo scriptum est, cū de carcere ab angelo eductus fuisset, qui ad se reuersus dixit. Nunc scio verē, quia misit dominus angelum suū, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudeorum!

¶ Gregorius.

**D**vobis modis, Petre extra nos ducimur: quia aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos recedimus: aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos leuamur. Ille itaque, qui

Beati Grego. 89

qui porcos paut, vagatione mentis, & immunditiæ, sub semetipsum cecidit: iste verò, quem angelus soluit, eiusque mentem in extasi rapuit, extra se quidem, sed super semetipsum fuit. Vterque ergo ad se redijt, quando & ille ab errore operis se collegit ad cor: & iste à contemplationis culmine ad hoc redijt, quòd intellectu communi vt prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitauit secum, in quantum se intra cogitationis claustra custodiuit. Nam quotiescun que hunc contemplationis ardor in altum rapuit, se proculdubiò sub se reliquit.

¶ Petrus.

**P**laacet quod dicis: sed quæso respōdeas, si deserere fratres debuit, quos semel suscepit?

¶ Gregorius.

**V**T ego Petre existimo: ibi adunati æquanimiter portādi sunt mali, vbi

Liber. II. Dialog.

mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur boni. Nam vbi omnimodò fructus de bonis deest, fit aliquàdo de malis labor superuacuis: maximè si è vicino causæ suppetant, quæ fructum deo valeât ferre melioré. Vir itaq; sanctus propter què custodiendù staret, qui omnes vnanimiter persequentes cerneret? Et sæpe agitur in animo perfectorù, quod silètio prætereundù nõ est: quia cum laborem suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Vnde ille quoque egregius prædicator, qui dissolui cupit, & cù Christo esse, cui viuere Christus est, & meri lucrù: qui certamina passionù nõ solum ipse appetit, sed ad toleranda hæc alios etiam accendit, Damasci persecutionè passus vt potuisset euadere, murù, funem, sportamq; quæsiuit, seq; latèter deponi voluit. Nunquidnam Paulum mortem dicimus timuisse, quã se ipse  
pro

Beati Gregorij. 90

pro Iesu amore testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructu adesse conspiceret, & grauè laborem, ad laborem ipse alibi cù fructu seruaui. Fortis etenim præliator Dei, teneri intra claustra noluit certaminis, campum quæsiuit. Vnde idem quoq; venerabilis Benedictus (si libenter audis) citiùs agnoscis: quia quòd viuos ipse indociles deseruit, tot in locis alijs ab animæ morte suscitauit. ¶ Petrus. Ita esse vt doces & manifesta ratio, & prolatum, congruumq; testimonium declarat. Sed quæso, vt de vita tanti patris ad narrationis ordinè redeas.

*Quemadmodum construxit sanctus  
Benedictus duodecim cœnobìa: &  
de susceptione Mauri, & Placidi  
puerorum illustrium.*

Cap. IIII.

Cum





Um sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus signisq; succresceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt seruitiū congregati, ita vt illic duodecim monasteria cum omnipotētis I E S U Christi domini opitulacione construeret: in quibus statutis patribus duodenos monachos deputauit, paucos verò secum retinuit, quos adhuc in sua presentia aptius erudiri iudicauit. Cœperunt etiam tunc ad eum Romanæ urbis nobiles & religiosi cōcurrere, suos que ei filios omnipotentis domino nutriendos dare. Tunc quoq; bonæ spei suas soboles Euthitius, Maurum, Tertullus verò Patricius Placidum tradidit. Ex quibus Maurus iunior, cum bonis polleret moribus, magistri adiutor cœpit existere: Placidus verò pue-

rò puerilis adhuc indolis annos gerebat.

*De monacho cum nullo pacto posset orare, uirga à sancto Benedictio percussa. Cap. V.*



In vno autem ex eis monasterijs, quæ circumquaque construxerat, quidam monachus erat, qui ad orationem stare non poterat. Sed mox vt fratres se ad orationis studium inclinarent, ipse egrediebatur foras, & mente vaga, terrena aliqua, & transitoria agebat: cum que ab Abbate suo sapius fuisset admonitus, ad virum Dei deductus est. Qui ipse quoque eius stultitiam vehementer increpauit: & ad monasterium reuersus, vix duobus diebus viri Dei admonitionem tenuit. Nam die tertio ad vsum proprium reuersus,

Lib. II. Dialog.

fus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cum seruo Dei ab eodem monasterij patre, quem constituerat, nuntiatum fuisset, dixit: Ego venio, cumque per memetipsum emendo. Cumque vir Dei venisset in eodem monasterio: & constituta hora, expleta psalmodia, sese fratres in orationem dedissent, aspexit quia eundem monachum, qui manere in oratione non poterat, quidam niger puerulus per vestimenti fimbriam foras trahebat. Tunc idem patri monasterij Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo secretò dixit. Nunquid non aspicitis quis est, qui istum monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt, Non. Quibus ait. Oremus, vt & vos etiam videatis quem iste monachus sequitur. Cumque per biduum esset oratù, Maurus monachus vidit, Pompeianus autem eiusdem monasterij pater videre non potuit. **Diè igitur alia,**  
exple

Beati Gregorij. 92

expleta oratione, vir Dei oratorium egressus, stantem monachum foris reperit: quem pro cæcitate cordis sui virga percussit. Qui ex illo die nihil persuasionis ulterius à nigro puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit. Sicque antiquus hostis dominari non ausus est in eius cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex verberere.

Quomodo ex montis rupe aquam e-  
duxit ad monacherum preccs.

Cap. VI.



**E**X his autè monasterijs, quæ in eodem construxerat loco, tria sursum in rupibus motis erant: & valde erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere, vt aquam haurire debuissent: maxime, quia ex deuexo montis latere

L 2 erat

Liber. II. Dialog.

erat grande descendentibus in itinere periculum. Tūc collecti fratres ex eisdem tribus monasterijs, ad Dei famulum Benedictum venerunt, dicentes. Laboriosum nobis est propter aquam quotidie ad lacum descendere, & idcirco necesse est ex eodem loco monasteria mutari. Quos blandè cōsolatos dimisit: & nocte eadem cū paruo puerulo nomine Placido, cuius superius memoriam feci, eiusdem montis ascendit rupem, ibique diutiùs orauit: & oratione completa, tres petras in loco eodem pro signo posuit, atque ad suum cunctis illic nescientibus monasterium redijt. Cūque die alio ad eum pro necessitate aquæ prædicti fratres venissent, dixit. Ite, & rupem illam, in qua tres super inuicem positas petras inueneritis, in modico cauate. Valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, vt vobis laborè tanti itineris dignetur auferre.

Beati Gregorij. 93

auferre. Qui euntes, rupem montis, quam Benedictus prædixerat, iam sudantem inuenerunt. Cūque in ea cōcauum locum fecissent, statim aqua repletus est. Quæ tam sufficienter emanauit: vt nūc vsq; vbertim defluat, atque ab illo montis cacumine vsque ad inferiora deriuetur.

*Quemadmodum ferramentum coloni in aquã excussum, ad proprium reuocauit manubrium. Cap. VII.*



Lio quoque tēpore Gothus quidam pauper spiritu ad conuersionem venit, quem vir domini Benedictus libentissimè suscepit. Quadam verò die ei ferramentum dari iussit: quod ad falcis similitudinem, falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscinderet, quatenus illic fieri hortus deberet. Locus

L 3 autem

autem ipse, quem mundandum Gothus susceperat, super ipsam lacu ripam iacebat. Cumque Gothus idem densitatem veprium toto virtutis anni succideret, ferrum de manubrio profiliens, in lacum cecidit: vbi scilicet tanta erat aquarum profunditas, vt spes requirendi ferramenti nulla iam esset. Itaque ferro perduto, tremebundus ad Maurum monachum Gothus cucurrit, damnum quod fecerat, nuntiavit. & reatus sui egit poenitentiam. Quod Maurus quoque monachus mox Benedicto Dei famulo curauit indicare. Vir igitur domini Benedictus hæc audiens, accessit ad locum, tulit de manu Gothi manubrium, & misit in lacum: & mox ferrum de profundo rediit, atque in manubrium intrauit. Qui statim ferramentum Gotho reddidit, dicens: Ecce la-

bora, noli con-

tristari.

Quo-

Quoniam pacto Maurus iussu sancti Benedicti super undas perrexit, atque Placidum eduxit ex aquis.

Cap. VIII.



VADAM vero die cum idem venerabilis Benedictus in cella confisteret, predictus Placidus puer sancti viri monachus ad hauriendum aquam de lacu, egressus est. Qui vas quod tenebat, in aquam incaute submittens, ipse quoque cadendo secutus est.

Quem mox vnda rapuit: & penè in vnius sagittæ cursum à terra introrsu traxit. Vir autem Dei intra cellam positus, hoc protinus agnouit: & Maurum festinè vocauit, dicens. Frater Maure, curre: quia puer ille, qui ad hauriendam aquam perrexit, in lacum cecidit: iamque cum longius vnda traxit.

Liber. I I. Dialog.

Res mira, & post Petrum Apostolum inuitata. Benedictione etenim postulata, atque percepta, ad patris sui imperium concitus perrexit Maurus: atque vsque ad eum locū, quo ab vnda ducebatur puer, per terram se ire existimās, super aquas cucurrit, eumque per capillos tenuit, rapidoque cursu redijt. Qui mox vt terrā tetigit, ad se reuersus post terga respexit: & quia super aquas cucurrisset, expauit. Et quod præsumere non potuisset vt fieret, miratus extremuit factum. Reuersus ad patrem, rem gestam retulit. Vir autem venerabilis Benedictus hoc non suis meritis, sed obedientię illius deputare cœpit. At cōtra Maurus pro solo eius imperio factum dicebat. Seque confcium illius virtutis nō esse, quam nesciens fecisset. Sed in hac humilitatis mutua amica contentione ac cessit alter puer qui creptus est. Nam dicebat. Ego cū ex aqua traherer, super ca  
put

Beati Gregorij. 95

put meum Abbatis melotem videbā: atque ipsum me ex aquis educere considerabam. ¶ Petrus.

**M**agna sunt valde quæ narras, & multorum ædificationi profutura. Ego autē beati viri miracula quod plus bibo, plus sitio.

De Florentij presbyteri subito casu & morte. Cap. I X.

¶ Gregorius.



Vm iam loca eadē in amore domini Iesu Christi longe lateque feruescerent, ac secularem viam multi relinquerent, & sub leui redemptoris iugo ceruicem cordis edomarent: sicut mos prauorum est inuidere alterius virtutis bono, quod ipsi habere non appetunt: vici-

næ Ecclesiæ presbyter Florentius nomine huius nostri subdiaconi Florentij auus antiqui hostis malitia percussus, sancti viri studijs cœpit æmulari, eius quoque conuersationi derogare, quosque etiam posset ab illius conuersatione cōpescere. Cumque sese iam conspiceret eius profectibus obuiare non posse: & conuersationis illius opinionem crescere: atque multos ad statum vitæ melioris, ipso quoque opinionis eius præconio indefinèter vocari: inuidiæ facibus magis magisque succensus, deterior fiebat: quia conuersationis illius habere appetebat laudè, sed habere laudabilem vitam nolēbat. Qui eiusdem inuidiæ tenebris cæcatus: ad hoc vsque perductus est, vt seruo omnipotentis domini infectum veneno panem quasi pro benedictione transmitteret. Quem vir Dei cum gratiarum actione suscepit, sed eum, quæ pestis lateret in pane, non  
latuit:

latuit. Ad horam verò refectiois illius ex vicina sylua coruus venire consueuerat, & panem de manu eius accipere. Qui cum more solito venisset, panem, quem presbyter transmitterat, vir Dei ante coruum proiecit: eique præcepit dicens. In nomine domini Iesu Christi tolle hunc panem, & tali cum in loco proijce, vbi a nullo homine possit inueniri: Tunc coruus aperto ore, expansis alijs, circa eundem panem cœpit discurrere, atque crocitare, ac si apertè diceret: obedire se velle, & tamen iussa implere non posse. Cui vir domini iterum atque iterum præcipiebat, dicens. Leua leua securus, atque illuc proijce, vbi inueniri non possit. Quem diu demoratus quandoque coruus momordit, leuauit, & recessit. Post trium verò horarum spatium abiecto pane redijt, & de manu hominis Dei annonam, quam cōsueuerat, accepit.  
Vene

Lib. II. Dialog.

Venerabilis autem Pater contravitam suam inardescere sacerdotis animum videns, illi magis quam sibi doluit. Sed prædictus Florentius, quia magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas discipulorum animas accedit, ita ut in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret: quæ coram eis sibi inuicem manus tenentes, & diutius ludentes, illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent. Quod sentiens vir Dei de cella: lapsus adhuc cõspiciens: tenerioribus discipulis pertimescens: idque pro sua solam fieri persecutione pertractans: inuidiæ locum dedit: atque oratoria cuncta, quæ constituxerat, substitutis præpositis, adiunctis fratribus ordinavit, & paucis secum monachis ablati, habitationem mutavit. Moxque, ut vir Dei eius odia humiliter declinavit, hunc omnipotens Deus terribiliter percussit.

Nam

Beati Gregorij. 97

Nam cum prædictus presbyter stans in solario Benedictum discessisse cognosceret, & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica, hoc ipsum in quo stabat solarium, cecidit, & Benedicti hostes coteret, extinxit. Quod vir Dei discipulus, Maurus nomine, statim venerabili patri Benedicto, qui adhuc a loco eodem vix decem millibus passuum aberat, existimavit esse nuntiandum, dicens. Reuertere: quia presbyter, qui te persequeretur, extinguitus est. Quod vir Dei Benedictus audiens, sese in grauibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultauit. Quæ de re factum est, ut eidem quoque discipulo poenitentia iudicaret, quod audiens talia, gaudere de inimici interitu præsumpsisset,

¶ Petrus.

Mira

Liber. II.

**M**ira sunt, & multú stupéda quæ  
dicis. Nam in aqua extra petrá  
producta Moysen: In ferro verò, quod  
ex profundo aquæ redijt. Helysaum:  
In aquæ itinere. Petrum: In corui obe-  
dientia, Heliam: In luctu autem mor-  
tis inimici, Dauid video Et perpendo,  
quia vir iste spiritu iustorum omnium  
plenus fuit.

Gregorius.

**V**ir Dei benedictus Petre vnus  
Dei spiritum habuit: qui per cõ-  
cessæ redemptionis gratiam electo-  
rum corda omnium impleuit, de quo  
Ioannes dicit. Erat lux vera, quæ illu-  
minat omnem hominem venientem  
in hunc mundú. Et de quo rursus scri-  
ptum est. De plenitudine eius nos  
omnes accepimus. Nam sancti Dei ho-  
mines potuerunt à domino virtutes  
habere, non etiam alijs tradere. Ille au-  
tem signa virtutis, dedit subditis, qui  
se daturum signum Ionæ promissit ini-  
micis,

Bati Gregorij. 98

micis, vt coram superbis mori digna-  
retur: corá humilibus resurgere: qua-  
tenus & illi viderent, quod conténe-  
rent: & isti quod veneráter amare de-  
buissent. Ex quo mysterio actum est,  
ut dum superbi aspiciunt despectum  
mortis, humiles contra mortem acci-  
perent gloriam potestatis.

¶ Petrus.

**Q**uæso te, post hæc ad quæ loca  
migravit vir sanctus, vel si ali-  
quis in eis virtutes ostende-  
rit, innotesce.

*Quemadmodum accedens in Casi-  
num montem, uniuersa illic idola  
confregit. Et ibidem erexit Eccle-  
siam in honorẽ. S. Martini, ac sancti-  
ssimi Ioannis Baptistæ.*

Cap. X.

¶ Gregorius.

Sanctus





Sanctus vir ad alia demigrans loca, non hostem mutauit. Nam tantò post grauiora praelia pertulit, quantò contra se aperte pugnantem ipsum magistrum malitiæ inuenit. Castrum namque, quod Casinum dicitur, in excelsi montis latere positum est. Qui uidelicet mons distento sinu hoc idem castrum recipit. Sed per tria miliaria in altum se erigens, velut ad aera cacumen tendit. vbi vetustissimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium à stultorum populo Apollo colebatur. Circumquaque etiam in cultu daemonum luci succreuerant, in quibus adhuc eodem tempore infidelium infana multitudo sacrificijs sacrilegis infudabat. Illuc itaque vir Dei perueniens, contriuit idolum, subuertit aram, succidit lucos, atque in ipso templo Apollinis oraculum beati Mar-

tini:

tini: vbi verò ara eiusdem Apollinis fuit, oraculum sancti Ioannis construxit. Et commorantem circumquaque multitudinem prædicatione cõtinaua ad fidem vocabat. Sed antiquus hostis hæc tacite non ferens, non occulte, vel per somnium, sed aperta visione eiusdem patris se oculis ingerebat, & magnis clamoribus se vim perpeti conquerebatur, ita vt voces illius etiam fratres audirent, quanuis imaginem minimè cernerent. Vt enim discipulis suis venerabilis pater dicebat, corporalibus eius oculis idem antiquus hostis teterrimus, & succensus apparebat, qui in eum ore oculiferae flammantibus sæuire videbatur. Iam verò quæ diceret, audiebant omnes. Prius enim vocabat hunc ex nomine. Cui cum vir Dei minimè responderet, ad eius mox contumelias erumpebat. Nam eum clamabat dicens; Benedicte, Benedicte, & cum sibi

M nullo

Liber. II. Dialog.

nullo modo respondere conspiceret, protinùs adiungebat. Maledicte, non Benedicte, quid tecum habes? Quid me persequeris? Sed iam verò spectanda sunt contra Dei famulum antiqui hostis noua certamina: cui pugnam quidem volens intulit, sed occasione victoriæ ministravit inuitus.

*Quomodo orando demonem lapidi infidentem ne moueretur, exturbauit.*

Cap. XI.



Adam die cum fratres habitacula eiusdem cellæ construeret, lapis in medio iacebat, quem in officium leuare decreuerant. Cumque eum duo vel tres mouere non possent, plures adiuncti sunt. Sed in immobilis

Beati Gregorij.

100

hilis mansit, ac si in terra radicatus teneretur: ut palam daretur intelligi, quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus mouere non possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei missum est, ut veniret, orando hostem repelleret, ut lapidem leuare potuissent. Qui mox venit, & orationem faciens, benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus est, ac si prius nullum pondus habuisset.

*Qualiter uisum est monachis eius coquinam totam igni consistere arte satanae.*

Cap. XII.



Uinc in conspectu viri Dei placuit, ut in eodem loco terram foderent. Quam cum fodiendo altius penetrarent, et eum illic idolum

M<sup>2</sup>

fratres

fratres inuenerunt. Quo ad horam ca-  
 su in coquinam proiecto, exire ignis  
 repente visus est, atque in cuncto-  
 rum monachorum oculis quod om-  
 ne eiusdem ædificium consumere-  
 tur, ostendit. Cūque iacendo aquam  
 & ignem quasi extinguendo perstre-  
 perent, pulsatus eodem tumultu vir  
 domini aduenit. Qui eundem ignem  
 in oculis fratrum esse, in suis vero non  
 esse cōsiderans, caput protinus in ora-  
 tionem flexit: & eos, quos phantasti-  
 co reperit igne deludi, vocauit fra-  
 tres, monuit, vt oculos suos signarent,  
 & sanum illud coquinæ ædificium exi-  
 stere cernerent, & flammæ, quas anti-  
 quus hostis fingerat, amplius non vi-  
 derunt.

*Quemadmodum iuniore monachum  
 sub muro prostratum exsuscitauit  
 sanctus Benedictus. Cap.*

XIII.

Rursus



Vrsus dum fratres parie-  
 tem, quia res ita exige-  
 bat, paulò altiùs ædifica-  
 rent, vir Dei in orationis  
 studio inter cellulæ suæ  
 claustra morabatur. Cui antiquus ho-  
 stis insultans, apparuit, & quia ad la-  
 borantes fratres pergeret, indicauit.  
 Quod vir Dei per nuntium celerrimè  
 fratribus indicauit, dicēs. Fratres vos  
 cautè agite: quia ad vos hac hora ma-  
 lignus spiritus venit. Is qui mādatum  
 detulit, vix verba compleuerat, & ma-  
 lignus spiritus eundem parietem, qui  
 ædificabatur, euertit, atque vnum  
 puerulum monachum cuiusdam cu-  
 rialis filium opprimens, ruina contri-  
 uit. Contristati sunt omnes, ac vehe-  
 menter afflicti, non damno parietis,  
 sed contritione fratris. Quod vene-  
 rabili patri Benedicto studuerunt ce-  
 leriter cum luctu graui nuntiare. Tūc  
 isdem pater ad se dilaceratum pue-  
 rum

Lib. II. Dialog.

puerum deferri iubet. Quem portare non nisi in sacro petierunt: quia collapsi saxa parietis eius non solum membra, sed ossa contriuerant. Eumque vir Dei praecepit statim in cella instrato, quo orare consueuerat, proi-  
ci: missisque foras fratribus, cellam clausit, qui orationi instantius, quam solebat, incubuit. Mira res, eadem hora hunc incolumen, atque ut prius valentem, ad eum lem iterum laborem misit: ut ipse quoque parietem cum fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset. Coepit verò inter ista vir Dei etiam prophetiae spiritu polle-  
re, ventura praedicere, praesentibus etiam absentia nuntiare.

*Prout imputauit monachis, noscens  
ubi, & quantum comedissent extra  
monasterium sine eius licentia.*

Cap.

Beati Gregorij.

102

Cap. XIII.



OS etenim cellae fuit, ut quotiens ad responsum aliquod egrederetur fratres, cibum, potumque extra cellam minimè sumerent. Cumque hoc de usu regulae seruaretur, quadam die ad responsum fratres egressi sunt: in quo tardiori compulsi sunt hora demorari: qui manere iuxta religiosam foeminam nouerant: cuius ingressi habitaculum sumpserunt cibum. Cumque iam tardius ad cellam redissent, benedictionem patris ex more petierunt. Quos ille protinùs percen-  
tatus est, dicens, Vbi comedistis? Qui responderunt, dicetes nusquam. Qui  
bus ille ait. Quare ita mentimini? Nunquid illius foeminae habitaculum non intrastis? Nunquid hos atque illos cibos non accepistis? nunquid tot calices non bibistis? Cumque eis

M 4

venc-

Liber. II. Dialog.

venerabilis pater, & hospitium mulieris, & genera ciborum, & numerum portionum dicere, recognoscentes cuncta quæ egerant, ad eius pedes tremefacti ceciderunt: seque deliquisse confessi sunt. Ipse autem protinus culpam pepercit: perpendens, quod in eius absentia ultra non faceret, quem presentem sibi esse in spiritu scirent.

*Quomodo leniter & modestè prodidit fratri Germano Valentiniანი monachi, qui ad se uenerat, de eo, quod à comite ter inuitatus, tãdem comedit in uita. Cap. XV.*



Rater quoque; Valentini eius monachi, cuius memoriã superius feci, vir erat laicus, sed religiosus. Qui ut serui Dei oratione perciperet, & Germanum fratrem

Beati Grego. 103

trè videret, annis singulis de loco suo ad cellam ieiunus venire consueuerat. Quadã igitur die dum iter ad monasterium faceret, sese illi alter viator adiunxit, qui sumendos in itinere portabat cibos. Cumque iam hora tardior excreuisset, dixit. Veni frater, sumamus cibum, ne lassemur in via. Cui ille respondit Absit frater, non facio: quia ad venerabilem patrem Benedictum ieiunus semper venire consueui. Quo responso percepto ad horam comiator conticuit. Sed post hæc cum aliquantulum itineris spatium egissent, rursus admonuit ut manducarent. Consentire noluit, qui ieiunus peruenire decreuerat. Tacuit qui ad manducandum inuitauerat, & cum eo ieiunus adhuc pergere modicum consensit. Cumque & iter longius ageret, & eos tardior hora fatigaret, ambulantes inuenerunt in itinere pratum, & fontem, & quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia vide-

M s ri.

Liber. II. Dialog.

ri, Tūc conuiator ait. Ecce aqua, ecce  
 pratū, ecce amœnus locus, in quo pos-  
 simus refici, & parū requiescere, vt va-  
 leamus iter nostrum postmodū in colu-  
 mes explere. Cū igitur & verba au-  
 ribus, & loca oculis blandirentur, hæc  
 tertia admonitione persuasus, consen-  
 sit, & comedit. Vespertina verò hora  
 peruenit ad cellam. Præsentatus au-  
 tē venerabili patri Benedicto, sibi ora-  
 tionem petijt. Sed mox ei vir Dei hoc,  
 quod in via egerat, impropertavit, di-  
 cens. Quid est frater? malignus hostis,  
 qui tibi per conuiatorem tuum locu-  
 tus est, semel tibi persuadere non po-  
 tuit: secundò non potuit: ad tertiu su-  
 sit: & te ad hoc, quod voluit, supera-  
 uit. Tunc ille reatum suæ infirmæ me-  
 tis agnoscens, eius pedibus prouolu-  
 tus: tātò magis cœpit culpam deslere  
 & erubescere, quantò se cognouit etiā  
 absentem in Benedicti patris oculis de-  
 liquisse.

¶ Petrus.  
 Ego

Beati Gregorij.

104

**E**go sancti viri præcordijs Helysei  
 spiritum video inesse, qui absen-  
 ti discipulo præsens fuit.

*Quomodo Rex Totila submisso uno  
 ex suis iuenculis cum ornamen-  
 tis regis uoluit experiri, si pro-  
 pheticè quid posset dicere.*

Cap. XVI.

¶ Gregorius.



Portet, Petre, vt interim  
 silcas, quaten⁹ adhuc ma-  
 iora cognoscas. Gothorū  
 nāque temporibus cū  
 rex eorum Totila san-  
 ctum virum prophetiæ habere spiri-  
 tum audisset, ad eius monasterium  
 pergens, paulò longiùs substittit, ei-  
 que se venturum esse nunciauit. Cui  
 cū protinùs mandatum de mona-  
 sterio fuisset vt veniret: ipse sicut per-  
 fidæ mentis fuit, an vir domini pro-  
 phetiæ

Lib. I I. Dialog.

phetiæ spiritū haberet, explorare cō-  
natus est. Quidam verò eius spathari-  
us, Riggo dicebatur, cui calciamenta  
sua præbuit, eumq; indui regalibus  
vestibus fecit: quem quasi in persona  
sua pergere ad Dei hominem præce-  
pit. In cuius obsequio tres, q sibi præ  
cæteris adhærere consueuerant, comi-  
tes misit, scilicet, Vuldericum, Rude-  
ricum, & Blindinum: vt ante serui Dei  
oculos ipsum esse regē Totilam simu-  
lantes, eius lateri obambulant. Cui  
quoq; alia obsequia atque spatharios  
præbuit: vt tā ex eisdem obsequijs, q̄  
ex purpureis vestibus rex esse putare  
tur. Cumq; idem Riggo decoratus ve-  
stibus obsequentiū frequentia comi-  
tatus, monasteriū fuisset ingressus, vir  
Dei eminūs sedebat. Quē venientem  
conspiciens, cū iam ab eo audiri po-  
tuisset, clamauit dicens. Pone fili,  
pone hoc quod portas, non est tuum.  
Qui Riggo protinūs in terram ceci-  
dit: &

Beati Gregorij.

105

dit: & quia tāto viro illudere præsum-  
psisset, ex pait. Omnesq; , qui cum eo  
ad Dei hominē veniebāt, terrę cōster-  
nati sunt. Surgentes autem, ad eū pro-  
pinquare minimē præsumpserunt: sed  
ad suum regem reuersi, nuntiauerunt  
trepidi, in quanta velocitate fuerunt  
deprehenfi.

*Qualiter Totila rex Gothorum sup-  
plex, & maxima cum reuerētia ad  
sanctum Benedictum accessit uisen-  
dum.* Cap. X V I I.

**T**Vnc per se idē Totila ad  
Dei hominem accessit:  
quem cū longē sedētem  
cerneret, nō ausus acce-  
dere, sese in terrā dedit. Cui cum vir  
Dei bis, terq; diceret, Surge, sed ipse  
ante eum erigi de terra non auderet:  
Benedictus I E S V Christi domini fa-  
mulus per semetipsum accedere di-  
gnatus est ad regem prostratū. Quē  
de

de terra leuauit: de suis actibus increpauit: atque in paucis sermonibus cūcta, quæ erant illi ventura, prænuntiauit, dicens. Multa mala facis: multa mala fecisti: iam aliquando ab iniquitate compescere. Et quidem Romam ingressurus es: mare transiturus: nouē annis regnabis: decimo morieris. Quibus audicis, rex vehementer territus, oratione petita, recessit: atque ex illo iam tempore minū crudelis fuit, & non multo postquā Romā adijt, Siciliam perrexit. Anno autē regni sui decimo omnipotentis Dei iudicio regnum cum uita perdidit.

*Quomodo prædixit de urbe Roma in sese corrucnda. Cap. XVIII.*

**T**erterea Antistes Canalicus, nax ecclesie ad eundem domini famulum venire conuenerat: quem uir Dei pro uita sua merito ualde diligebat. Is itaque cum

cum illo de ingressu regis, Totilæ & Romanæ urbis perditione colloquū haberet, dixit. Per hunc regem ciuitas ista destruetur, ut iam amplius non inhabitetur. Cui uir domini respondit. Roma à gentibus non exterminabitur: sed tempestatibus, coruscis, turbibus, ac terræmotu fatigata, marcescet in semetipsa. Cuius prophetiæ mysteria nobis iam facta sunt luce clario: qui hac urbe dissoluta mœnia, euerfas domus, destructas ecclesias turbine cernimus: eiusque ædificia longo senio lassata, quia ruinis crebrescentibus prosternantur, uideamus. Quauis hoc Honoratus eius discipulus) cuius mihi reuelatione compertum est) nequaquam ex ore eius se audisse perhibet: sed quia hoc dixerit, dictum sibi à fratribus fuisse testatur.

*Quemadmodum demonium à clerico effugauit. Cap. XIX.*  
Eodem





Odem quoque tempore quidam Aquinēsis ecclesie clericus à dæmonio vexabatur: qui à venerabili viro Constantio eiusdem ecclesie antiste per multa fuerat martyrum loca transmissus vt sanari potuisset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei sanitati bonū tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia demonstraretur. Ductus itaque est ad omnipotentis Deifamilium Benedictū. Qui Iesu Christo domino preces fundēs, antiquū hostem de obsessō homine protinus expulit. Cui sanato præcepit, dicens. Vade, & post hæc carnem nō comedas: ad sacrum verò ordinem nūquam accedere præsumas. Quacūque autem die sacrum ordinem temerariè præsumpseris, statim iuri diaboli iterum mancipaberis. Discessit igitur clericus sanus, & sicut terrere solet animum pœna recens, ea quæ vir domini præceperat, interim

culto.

custodiuit. Cū verò post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibi met superponi in sacris ordinibus cerne- ret, verba viri Dei quasi ex lōgo tempore oblitus, postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit. Quem mox is qui reliquerat, diabolus, renuit, eū- que vexare quousq; animam eius excuteret, non cessauit.

¶ Petrus.

Iste vir Dei diuinitatis, vt video, etiā secreta penetrauit: qui perspexit hunc clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum ordinem accedere auderet.

¶ Gregorius.

Quare diuinitatis secreta non nosset, qui diuinitatis præcepta serua- ret? cū scriptum sit, Qui adheret domino, vnus spiritus est cum eo.

¶ Petrus.

Si vnus spiritus sit cum domino, qui domino adhererit, quid est, quod

N

iterum

Liber. II. Dialog.

quod iterum egregius idem predicator dicit: Quis nouit sensum dñi? aut quis cõsiliarius eius fuit? Valde enim esse in conueniens videretur eius sensum, cum quo vnus factus fuerit, ignorare.

¶ Gregorius.

**S**ancti viri inquantũ vnũ cum domino sunt, sensum domini non ignorant. Nam idem quoque apostolus dicit. Quis enim scit hominũ quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei. Qui vt scõstenderet nosse quæ Dei sunt, adiuñxit. Nos autẽ non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Hinc iterũ dicit. Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præpurauit Deus diligentibus se, nobis autẽ reuelauit per spiritum suum.

¶ Petrus.

**S** ergo eidem apostolo ea, quæ Dei sunt, per Dei spiritum fuerant reuelata.

Beati Gregorij.

108

uelata: quomodo super hoc quod proposui, præmisit dicens. O altitudo diuitiarum sapientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Sed rursus mihi hæc dicenti alia suboritur quæstio. Nam David propheta domino loquitur, dicens. In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse, quàm etiã pronũtiare, quod est, quòd Paulus incõprehensibilia esse dei iudicia asserit: David autem hæc se omnia non solũ nosse, sed etiam in labijs pronuntiasse testatur?

¶ Gregorius.

**A**d vtraque hæc tibi superiũs sub breuitate respondi, dicens, quòd sancti viri inquantum cum Deo vnũ sunt, sensum domini non ignorant. Omnes enim, qui deuotè dominum sequuntur, etiam deuotione cũ Deo sunt: & adhuc carnis corruptibilis pondere grauati, cũ Deo non sunt.

Lib. II. Dialog.

Ocultā itaq; Dei iudicia in quantum  
coniuncti sunt, sciunt: in quantum dis-  
iuncti sunt, nesciunt. Quia enim secre-  
ta eius adhuc perfecte non penetrant,  
incomprehensibilia eius iudicia esse  
testatur. Quia verò ei mente inharēt:  
atq; in herendo vel scripturę eloquijs,  
vel oculis reuelationibus in quantum  
accipiūt, agnoscunt hæc, & nouerunt,  
& pronuntiant. Iudicia igitur, quę  
Deus tacet, nesciunt: & quę Deus lo-  
quitur, sciunt. Vnde Dauid propheta  
cum dixisset In labijs meis pronuntia-  
ui omnia iudicia: protinus addidit: o-  
ris tui. Ac si apertè dicat. Illa ego iu-  
dicia & nosse & pronuntiasse potui,  
quę te dixisse cognoui. Nam ea, quę  
ipse non loqueris, nostris proculdu-  
biò cogitationibus abscondis. Con-  
cordat ergo prophetica apostolicaq;  
sententia, quia & incomprehensibilia  
sunt Dei iudicia: & tamen quę de ore  
eius prolata fuerint, humanis labijs  
pronun-

Beati Gregorij.

109

pronuntiantur. Quoniam sciri ab ho-  
minibus & prolata per Deū possunt,  
& occulta non possunt.

¶ Petrus.

**I**N obiectione meā quęstiunculę  
patuit causa rationis. Sed quęrote,  
si qua sunt adhuc de huius virtutibus,  
subiunge.

¶ Gregorius.

*Quomodo planxit super monasterij  
sui destructione à barbaris.*

Cap. XX.



Ir quidam nobilis Theo-  
probus nomine, eiusdem  
Benedicti patris fuerat  
admonitione conuersus:  
qui pro vitę suę merito  
magnam apud eum familiaritatis gra-  
tiam habebat. Hic cum quadam die  
eius cellulam fuisset ingressus, hunc  
amarissimè flentem reperit. Cum quę  
diu subsisteret, eiusq; lachrymas non

N 2

finiri

Liber. II. Dialog.

finiri videret: nec tamen vt vir Dei cō  
 fueuerat, ornando plangeret, sed mor  
 tendo, quānam causa tanti luctus exi  
 steret, inquisiuit. Cui vir Dei illicō re  
 spōdit. Totū hoc monasterium, quod  
 construxi: & cuncta, quæ fratribus  
 præparauī, omnipotentis Dei iudicio  
 gentibus tradita sunt. Vix autem ob  
 tinere potui, vt mihi ex hoc loco ani  
 mæ concederentur. Cuius vocē Theo  
 probus audiuit: nos autem cernimus,  
 qui destructum modō à Longobardo  
 rum gente eius monasterium scimus:  
 nocturno enim tempore, & quiescen  
 tibus fratribus, nuper illuc Longobar  
 di ingressi sunt. Qui diripientes om  
 nia, nec vnum quidem hominem il  
 lic tenere potuerunt: sed impleuit o  
 mnipotens Deus, quod fidei famulo  
 suo Benedicto præmiserat: vt si res gē  
 tib⁹ traderet, animas custodiret. Qua  
 in re Pauli vicem video tenuisse Be  
 nedictum: cuius dum nauis rerum o  
 mnium

Beati Gregorij. 110

mnium pertulit iacturam, ipse in con  
 solatione vitam omniū, qui eum comi  
 tabantur, accepit.

Quomodo de uasculo uini occultato  
 in uia admonuit delatorem ne bibe  
 ret. Cap. XXI



Qvodam quoque tempo  
 re Exhilaratus noster,  
 quem ipse cōuersum no  
 sti, trāsmisus à domino  
 suo fuerat, vt Dei viro in  
 monasterio vino plena duo lignea va  
 scula, quæ vulgo flascones dicuntur,  
 deferret. Qui vnum detulit, alterū ve  
 rò per gens in itinere, abscondit. Vir  
 autem domini, quem facta absentia  
 latere non poterant, vnum cum gra  
 tiarum actione suscepit, & disceden  
 tem puerum monuit, dicens. Vide, fili,  
 ne de illo flascone, quem abscondisti,

Liber. II. Dialog.

Iam non bibas : sed inclina illum caute, & inuenies quid intus habeat. Qui cōfusus valde à Dei homine exiuit : & reuerfus, volens adhuc probare quod audierat, cum flaconem inclinasset, de eo protinùs serpens egressus est. Tunc prædictus Exhilaratus puer per hoc, quod in vino reperit, expauit malum quod fecit.

*Prout admonuit suum monachum,  
qui à sacris fœminis mappulis  
acceperat, & celauerat.*

Cap. XXII.



Non longè autem à monasterio vicus erat, in quo non minima multitudo hominum ad fidem Dei ab idolorum cultu Benedicti fuerat exhortatione cōuersa. Ibi quoq; quædam sanctimoniales fœminæ erant, & crebrò illuc pro exhortandis animabus fratres suos mittere

Beati Gregorij.

111

tere Benedictus Dei famulus curabat. Quadam verò die misit ex more: sed is qui missus fuerat monach⁹, post admonitionem factam à sanctimoniis libus fœminis, rogatus mappulas accepit, sibiq; eas abscondit in sinu. Qui mox vt reuerfus est, cum vir Dei vehementissima amaritudine cœpit increpare, dicēs. Quomodò ingressa iniquitas in sinum tuū est? At ille obstupuit: & quid egisset oblitus, vnde corripiebatur, ignorabat. Cui ait Nuquid ego illic non præfens eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepisti, tibiq; eas in sinum misisti? Qui mox eius vestigijs prouolutus, stultè se egisse pœnituit: & eas, quas in sinu absconderat, mappulas proiecit.

*Quomodò cognouit animi elationem  
monachi, qui ante se lumen præ  
tendebat. Cap. XXIII.*

N 5

Qua-



Vadam quoq; die dum venerabilis pater uespertina iam hora corporis alimēta perciperet, eius monachus cuiusdam Defensoris filius fuerat, qui ei ante mensam lucernam tenebat. Cumq;ue vir Dei ederet, ipse, autem cum lucernæ ministerio astaret, cœpit per superbix spiritum in mente sua tacitè voluere, & per cogitationem decere. Quis est hic, cui ego manducanti assisto, lucernam teneo, seruitium impendo? qui sum ego, ut isti seruiam? Ad quem vir Dei statim conuersus, vehementer cœpit increpare, & dicere. Signa cor tuum frater: quid est quod loqueris? Signa cor tuū. Vocatisque statim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli: ipsum verò iussit à ministerio recedere, & sibi hora eadem quietum sedere. Qui requisitus à fratribus quid habuerit in corde, per ordinem narrauit, quan

to su-

to superbix spiritu intumuerat, & que contra virum Dei verba per cogitationem tacitè dicebat. Tunc liquidò omnibus patuit, quòd venerabilem Benedictum latere nihil posset, in cuius aure etiam cogitationis verba sonuissent.

*Quemadmodum pro foribus monasterij ducenta modia farina cõperita sunt miraculosè prouenta.*

Cap. XXIIII.



LIO quoque tempore in eadem Campanix regione fames incubuerat magna, quæ omnes alimentorū indigentia coangustabat. Iamq;ue in Benedicti monasterio tritici cum de erat. Panes verò omnes penè consumpti sunt, ut nō plus quàm quinque ad refectionis horam fratribus inueniri potuissent. Cumq;ue eos venerabilis pater contristatos cerneret,

eorum

eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursus promissione subleuare, dicens.

Quare de panis inopia vester animus contristatur? Hodie quidē minus est, sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinae modij ante fores cellae in saccis inuenti sunt. Quos omnipotens Deus, quibus deferentibus trāsmisisset, nūc vsque manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, domino gratias referentes, didicerunt iam de abundantia in egestate non dubitare.

¶ Petrus.

**D**ic quāso te, nunquid nam credendū est, huic Dei famulo semper prophetiae spiritum adesse potuisse: an per interualla tēporum eius mētem prophetiae spiritus implebat?

¶ Gregorius.

**P**rophetiae spiritus, Petre, prophetarū mentes non semper irradiat,

Quia

Quia sicut de Spiritu sancto scriptum est, vbi vult spirat: ita sciendū est, quia & quando vult, aspirat. Hinc est enim, quod Nathan a rege requisitus, si cōstruere templum debuisset, prius cōsensit, & postmodum prohibuit. Hinc est, quod Helyseus cū flentem mulierem cerne ret, causamq; nesciret. ad prohibentē hāc puerum dicit. Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est: & dominus celauit a me, & non indicauit mihi. Quod omnipotens Deus ex magna pietatis dispensatione disponit: quia dum prophetiae spiritum aliquando dat, & aliquando subtrahit, prophetantium mentes & eleuat in celsitudinem, & custodit in humilitate: vt & accipientes Spiritum, inueniant quid de Deo sint: & rursus prophetiae spiritū non habētes, cognoscant quid sint de semetipsis.

¶ Petrus.

**I**Ta hoc esse vt asseris, magna ratio clamat. Sed quāso de venerabili patre

tre

Liber. II. Dialog.  
tre Benedicto quidquid adhuc animo  
occurrerit, exequere.

Quomodo monachis ad monaste-  
rium construendum missis in uisio-  
ne apparuit: & modum, & forma  
quomodo construi opus esset, desi-  
gnauit. Cap. XXV.



¶ Gregorius.  
L I O quoq; tempore à  
quodam fidei viro rega-  
tus fuerat, vt eius prædica-  
iuxta Tarracinensem vr-  
bē missis discipulis suis  
construere monasterium debuisset.  
Qui roganti consentiens, deputatis  
fratribus, patrem constituit, & quis ei  
secūdus esset, ordinauit. Quibus eun-  
tibus, spondit dicens, Ite, & de il-  
lo ego venio, & ostēdam vobis quo in  
loco oratoriū: in quo loco refectoriū  
fratrum:

Beati Gregorij. 114  
fratrū: in quo susceptionē hospitem:  
vel quæque sunt necessaria, ædificare  
debeat. Qui benedictione percepta,  
illicò perrexerūt: & cōstitutum diem  
magnoperè præstolantes, parauerunt  
omnia, quæ his, qui cū tanto patre ve-  
nire potuissent, videbantur esse neces-  
saria. Nocte verò eadem, qua promissus  
illuſcebat dies, eidem seruo Dei,  
quem illic patrem constituerat, atque  
eius præposito, vir domini in somnis  
apparuit: & loca singula, vbi quid ædi-  
ficare debuissent, subtiliter designa-  
uit. Cumq; vtriq; à somno surgerent,  
sibi inuicem quod viderāt, retulerunt.  
Non tamen visioni illi fidem emai-  
nodantes, virum Dei, sicut se veni-  
re promiserat, expectabant. Cumque  
vtriusque Dei constituta die minimè venisset,  
ad eum cum mœrore reuersi sunt,  
dicentes, Expectauimus pater vt veni-  
res sicut promiseras, & nobis ostende-  
res, vbi quid ædificare deberemus,  
& non



Lib. II. Dialog.

& non venisti. Quibus ipse ait: Quare fratres, quare ista dicitis? Nunquid sicut promissi non veni? Cui cum ipsi dicerent: quando venisti? respondit. Nunquid utriusque vestrum dormienti non apparui, & loca singula designavi? Ite, & sicut per visionem audistis, omne habitaculum monasterij ita cõfruite. Qui hæc audientes, vehementer admirati, ad prædictam prædium sunt reuersi: & cuncta habitacula, sicut ex reuelatione didicerat, construxerunt.

¶ Petrus.

**D**oceri velim, quo fieri ordine potuit, ut longè responsum dormientibus diceret, quod ipsi per reuelationem audirent, & cognoscerent.

¶ Gregorius.

**Q**uid est, quod per scrutans, rei gestæ ordinem ambigis Petre? Liqueat pro-

Beati Gregorij. 115

perfecto, quia, mobilioris naturæ est spiritus, quàm corpus. Et certè scriptura testante nouimus, quod propheta ex iudæa subleuatus, repete est cum prandio in Chaldæa depositus. Quo videlicet prandio prophetam refecit, seque repente in Iudæa iterum inuenit. Si igitur tam longè Abachuc potuit sub momento corporaliter ire, & prandium deferre: quid mirum, si Benedictus pater obtinuit, quatenus iret per spiritum, & fratrum quiescentium spiritibus necessaria narraret? Et sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit: ita iste ad institutionem spiritalis vitæ spiritualiter pergeret?

¶ Petrus.

**M**anus tuæ locutionis, tersit à me (fateor) dubietatem mētis. Sed velim nosse in communi locutione, qualis iste vir fuerit.

O

Quo

Quomodo sub anathemate comminatus est duabus religiosis foeminis, nisi continuissent linguam maledicam.

## Cap. XXVI.

¶ Gregorius.



Vix ipsa, Petre, communis eius locutio à virtutis erat pondere vacua: quia cuius cor sese in alta suspēderat, nequaquā verba de ore illius incassum cadebant. Si quid verò unquam nō iam decernendo, sed minando diceret, tantas vires sermo illius habebat, ac si hoc non dubiè, atque suspensè, sed iam per sententiam protulisset. Nam non longè ab eius monasterio duæ quædam sanctimoniales foeminae nobiliori genere exortæ, in loco proprio conuersabantur: quibus quidam religiosus vir ad exterioris vitæ usum præbebat obsequiam. Sed sicut nonnullis solet nobilitas

bilitas generis parere ignobilitatem mentis: ut minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt: nec dum prædictæ sanctimoniales foeminae perfectè linguam sub habitus sui fræno restrinxerant: & eundem religiosum virum, qui ad exteriora ministeria necessaria eis obsequia præbebat, incautis sæpè sermonibus ad iracundiam prouocabant. Quod cum diu ista toleraret, perrexit ad Dei hominem: quâtasque pateretur verborum cõtumelias, enarrauit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis protinùs mandauit, dicens, Corrigite linguâ vestram: quia si non emendaueritis, excommunico vos. Quam videlicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit, sed intentando. Illæ autem à pristinis moribus nihil mutatae, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in ecclesia sepultæ. Cumque in eadem ecclesia

Liber. II. Dialog.

ſta miſſarum ſolennia celebrarentur, atque ex more diaconus clamaret: ſi quis non communicat, det locum: nutritrix earum, quæ pro eis oblatione domino offerre cõſueuerat, eas de ſepulchris ſuis progredi, & exire eccleſiam videbat. Quod cum ſæpiùs cerneret, quia ad vocem diaconi clamantis exiſtant, foras, atque intra eccleſiam permanere non poterant, ad memoriã redijt, quæ vir Dei, illis adhuc viuentibus, mādauit. Eas quippe ſe cõmunionē priuare dixerat, niſi mores ſuos, & uerba corrigerent. Tūc ſeruo Dei cū graui mœrore indicatum eſt. Qui pro tunc manu ſua oblationem dedit, dicens. Ite, & hanc oblationē pro eis offerri domino facite, & ulterius excommunicatæ non erunt. Quæ cū oblatio pro eis fuiſſet immolata, & à diacono iuxta mōrem clamatum eſt, ut nō communicantes ab eccleſia exirent, illæ exire ab eccleſia ulterius uisæ nō ſunt.

Qua

Beati Gregorij.

117

Qua ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos, qui cõmunionē priuati ſunt, minimè recederent, cõmunionem à domino per ſeruum domini recepiſſent.

¶ Petrus.

**M**irum valde, quanuis venerabilem, & ſanctiſſimum uirum, ad huc tamen in hac corruptibili carne degentem, potuiſſe animas ſoluere in illo iam iudicio inuiſibili conſtitutas.

¶ Gregorius.

**N**Unquid nam, Petre in hac adhuc carne nō erat, qui audiebat, Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quæ ſolueris ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis? Cuius nunc uicem & ligando, & ſoluendo obtinent, qui locum ſancti regiminis fide, & moribus tenet. Sed ut tanta ualeat homo de terra, cœli & terræ conditor terram uenit è cœlo, atque

atque vt iudicare caro etiã de spiritibus possit, hoc ei largiri dignatus est pro hominibus Deus caro factus: q̄a inde surrexit vltra se infirmitas nostra, vnde sub se infirmata est firmitas Dei.

¶ Petrus.

**C**vm virtute signorum concorditer loquitur ratio verborum.

*Qualiter apportari precepit sacrosanctum Domini corpus, & imponi super corpus monachi defuncti, quod terra ipsa non sustinebat.*

Cap. XXVII.

Gregorius.



Vadam quoque die cum quidam eius puerul<sup>o</sup> monachus parentes suos vltra quam debebat diligēs, atque ad eoru ha-

bitacu-

bitaculū tendēs, sine benedictione de monasterio exisset, eo die vt ad eos peruenit, defunctus est. Cūq; esset sepultus die altero, proiectū foras corpus eius inuentum est. Quod rursus trade re sepulture curauerunt: se ã sequenti die iterū proiectum externis, atq; exhumatum, sicut prius, inuenerūt. Tūc concitē ad Benedicti patris vestigia currentes, cum magno fletu petierūt, vt ei suam gratiã largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua protinūs cōmunionem dominici corporis dedit, dicens, Ite, atque hoc dominicum corpus super pectus eius cū magna reuerentia ponite, eumq; sepulture tradite. Quod cū factum fuisset: susceptū corpus eius terra tenuit, nec vltra proiecit. Perpētis Petre apud Iesum Christum dominum, cuius meriti iste vir fuerit: vt eius corpus etiam terra projiceret, qui benedicti gratiam non haberet.

¶ Petrus.

**P**erpendo planè, & vehementer stupeo.

*De monacho eius, qui dum fugeret, de monasterio, draco teterrimus in medio uia se ei opposuit.*

Cap. XXVIII.

**V**idam autem eius monachus mobilitati mentem dederat, & permanere in monasterio nolebat.

Cumque eum vir Dei assidue corripere, & frequenter ad moneret, ipse uero nullo modo consentiret in congregatione persistere, atque importunis precibus, ut relaxaretur, insisteret: quadam die idem venerabilis paterni mietatis eius tædio affectus, iratus in se ut discederet. Qui mox ut monasterium exiit, contra se assistere aperto ore draconem in itinere inuenit. Cumque eum idem draco, qui apparuerat,

uerat, deuorare uellet, cepit ipse tremens, & palpitans magnis uocibus clamare, dicēs. Currite, currite, quia draco iste me deuorare uult. Currentes autem fratres, draconem minimè uiderunt, sed tremetem, atque palpitantem monachum ad monasterium adduxerunt. Qui statim promisit nunquam se esse iam de monasterio recessurum atque ex hora eadem in sua promissione permanere: quippe qui sancti uiri orationibus contra se assistere draconem uiderat, quem prius non uidendo sequebatur.

*Quemadmodum infantem elephantino laborantem morbo sanauit.*

Cap. XXIX.

**S**ed neque hoc silendum putò, quod illustri uiro Abdonio narrante cognoui. Qui aiebat patris sui puerum morbo ele-

N s fanti

Lib. II. Dialog.

funtino fuisse correptū, ita vt iam pilis ca lentibus cutis intumefceret, atque increfcente fanie occultari non poffet. Qui ad virum Dei ab eodem patre eius miffus eft, & faluti priftinæ fub omni celeritate reftitutus eft.

*Quomodo, inuenta miraculoſe pecunia, honeftum quendam uirum à debitoris exactione leuauit.*

Cap. XXX.

**N**EQVE illud taceam, quod eius difcipulus, Peregrinus nomine narrare confueuerat: quia die quadam fidelis vir quidam neceffitate debiti compulfus, vnum ſibi fore remedium credidit, ſi ad virum Dei pergeret, & quæ eum vrgeret debiti neceffitas, indicaret. Venit itaque ad monaſteriū, omnipo-

gentis

Beati Gregorij.

120

tentis Dei famulum reperit, quòd à creditore ſuo pro duodecim ſolidis grauiter affligeretur, indicauit. Cui venerabilis pater nequaquã ſe habere duodecim ſolidos reſpondit, ſed tamen eius inopiam blanda locutione conſolatus, ait. Vade, & poſt biduum reuertere: quia deeſt hodie quod tibi debeam dare. In ipſo autem biduo more ſuo in oratione fuit occupatus. Cùm die tertio is, qui neceffitate debiti affligebatur, redijt, ſuper arcam monaſterij, quæ erat frumento plena, ſubitò tredecim ſolidi ſunt inuenti. Quos vir Dei deſerri iuſſit, & afflicto petitori tribuit, dicens, vt duodecim redderet, & vnum in expenſis proprijs haberet. Sed ad eam nunc redeam, quæ eius difcipulis in libri huius exordio prædictis referentibus agnouit.

Quò-

*Quònam pacto quendam, qui uenenum ebiberat, sanum, & liberū reddidit. Cap. XXXI.*

**Q**uidam vir grauissima aduersarij sui æmulatione laborabat. Cuius ad hoc usque odium prorupit, ut ei nescienti in potum uenenum daret. Qui quauis uitā auferre non ualuit, cutis tamen colorem mutauit, ita, ut diffusa in corpore eius uarietas, lepræ morem imitari uideretur. Sed ad Dei hominem deductus, salutem pristinam citius recepit. Nam mox ut eum contigit, omnem cutis illius uarietatem fugauit.

*Quomodo uitreum uas oleo plenum per fenestram præcipitari iussit, & illæsum est compertum.*  
 Cap. XXXII

Et



**E**O quoque tempore, quo alimentorum inopia Capaniam grauiter affligebat, vir Dei diuersis indigentibus monasterij sui cuncta tribuerat, ut penè nihil in cellario, nisi parum quid olei in uitreo uase remaneret. Tunc quidam subdiaconus, Agapitus nomine, aduenit, magnoperè postulans, ut sibi aliquantulum olei dare debuisset. Vir autem domini, qui cuncta decreuerat in terra tribuere, ut in cœlo omnia reseruaret, hoc ipsum parū, quod remanserat olei, iussit petenti dari. Monachus uerò, qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis uerba, sed implere distulit. Cumque post paululum sciret quod iusserat, datum esset, inquireret, respondit monachus, se minimè dedisse: quia si illud ei tribueret, omnino fratribus nihil remaneret. Tunc iratus, alijs præcepit, ut hoc

Liber. II. Dialog.

hoc ipsum vas vitreum, in quo parum olei remansisse videbatur, per fenestram proiecerent, ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factum est ita. Sub fenestra autem eadē ingens precipitium patebat, saxorum molibus asperum. Proiectum itaque vas vitreum venit in saxis: sed sic mansit in columbe, ac si proiectum minimē fuisset, ita, ut neque frangi, neque oleum effundi potuisset. Quod vir Dei praecepit leuari, atque ut erat integrum, petentibus tribuit. Tunc collectis fratribus, inobedientem monachum de infidelitate sua, & superbia coram omnibus increpauit.

*Quemadmodum ex vase uacuo fecit orando ut exuberaret oleum abundanter Caput.*

XXIXIII.

Qua

Beati Gregorij.

122

**Q**UA increpatione completa, sese cum iisdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco, ubi cum fratribus orabat, vacuum erat ab oleo dolium, & coopertum. Cumque sanctus vir in oratione persisteret, coepit operimentum eiusdem dolij, oleo excrecente, subleuari. Quo commoto, atque subleuato, oleum, quod excreuerat, ora dolij transiens, pauimentum loci, in quo incubuerant, inundabat. Quod Benedictus Dei famulus ut aspexit, protinūs orationem compleuit, atque in pauimentum oleum fluere cessauit. Tunc diffidentem in obedientēque fratrem latius admonuit, ut fidē habere disceret, & humilitatem. Idem verò frater salubriter correptus erubuit: quia venerabilis pater virtutem omnipotentis domini, quam admonitione intimauerat, miraculis ostendebat,



Liber. I I. Dialog.

bat. Nec erat iam, vt quisquá de eius promissionibus dubitare posset: quia in vno, eodemq; momento pro vitreo vase penè vacuo, plenum oleo dolium reddidisset.

*Quo pacto monachum à demone possessum, virgulti uerbere sanum reddidit. Cap. XXXIII.*



Vadam die, cum ad beati Ioannis oratorium, quod in ipsa motis celi tudine positum est, pergeret, ei antiquus hostis in mulo medici specie obuiam factus est cornu & trepidiam ferens. Quem cum requisisset dicens. Quo vadis? ille respondit. Ecce ad fratres vado, potionem eis dare. Itaque perrexit venerabilis Benedictus ad orationem: qua completa, concitus redij. Malignus vero spiritus vnum senioremonachum inuenit

Beati Gregorij. 133

nachum inuenit aquam haurientem, in quem statim ingressus circumque in terram proiecit, & vehementissimè vexauit. Quem cum vir Dei ab oratione rediens tam crudeliter vexari conspiceret, ei solummodò alapam dedit, & malignum ab eo spiritum protinus excussit, ita vt ad eum redire ulterius non auderet.

¶ Petrus.

Velim nosse, si hæc tanta miracula virtute semper orationis impetrabat: an aliquando etiam solo voluntatis exhibebat nutu.

*Qualiter rusticum uinctum miserabiliter aspiciendo, solium eius uincula dissoluit. Cap.*

XXXV.

Gregorius.

P Qu



VI deuota mente Deo  
adhærent, cum rerû ne-  
cessitas exposcit, exhibe-  
re signa modo vtroque  
solent, vt mira quæque  
aliquando ex prece faciant, aliquando  
ex potestate. Cum enim Ioânes dicat,  
quotquot autê receperunt eum, dedit  
eis potestatem filios Dei fieri: qui filij  
Dei ex potestate sunt, quid mirû, si si-  
gna facere ex potestate valent? Quia  
enim vtroq; modo miracula exhibeat,  
testatur Petrus, qui Tabitham mortuam  
orando suscitauit: Ananiam verò, &  
Sapphyram mentientes, morti incre-  
pando tradidit. Neq; enim eum oral-  
se in eorum extinctione legitur, sed  
solûmodo culpam, quam perpetrave-  
rant, increpasse. Cõstat ergo, quia ali-  
quando hæc ex potestate, aliquando  
verò exhibentur ex postulatione: dũ  
& istis vitam increpando abstulit, &  
Alii reddidit orando.

Mira.

## ¶ Miraculum.

NAm duo quoque fidelis Dei fa-  
muli Benedicti facta nunc repli-  
co, in quibus apertè clareat, aliud hũc  
accepta diuinitus ex potestate, aliud  
ex oratione potuisse. Gothorũ quidã,  
Zalla nomine, perfidiæ fuit Arianæ.  
Qui Totilę regis eorũ tẽporibus con-  
tra catholicos ecclesię religiosos vi-  
ros ardore immanissimæ crudelitatis  
exarsit: ita, vt quisquis ei clericus, mo-  
nachusve ante faciẽ venisset, ab eius  
manibus viuus nullo modo exiret.  
Quadã verò die auaritię suę estu suc-  
census, in rapinã rerũ inhians, dũ quẽ-  
dã rusticũ tormentis crudelibus affli-  
geret, eũq; per supplica diuersa lan-  
ret, victus pœnis rusticus, sese, resq; suas  
Benedictio Dei famulo cõmédasse pro-  
fessus est: vt dum hoc à torquẽte credi-  
tur, suspensa interim crudelitate, ad  
vitã horę raperetur. Tunc idem Zal-  
la cessauit rusticum tormentis afflige

P 2

resed

re: sed eius brachia loris fortibus astringens, ante equum suum cœpit impellere, vt quis esset benedictus, qui eius res susceperat, demonstraret. Quē ligatis brachijs rusticus antecedens, duxit ad sancti viri monasterium: eūque ante ingressum cellæ solum sedētem reperit, & legentem. Eidem autē subsequenti, & sœuienti Zallæ rusticus dixit. Ecce iste est, de quo dixerā, Benedictus pater. Quē dum feruido spiritu, & peruersæ mētis insania fuisset intuitus, eo terrore, quo consueverat, acturum se existimās, magnis cœpit vocibus clamare, dicēs. Surge, surge, & res istius rustici redde, quas accepisti. Ad cuius vocem vir Dei protinus oculos leuauit à lectione, eumque intuitus, mox etiam rusticū, qui ligatus tenebatur attendit. Ad cuius brachia cum oculos deflexisset, miro modo tanta se celeritate cœperunt il ligata brachijs lora deuoluere, vt dis-

solui

solui tam concitè nulla hominum festinatione potuissent. Cumque is, qui ligatus venerat, cœpisset subito astare solutus, ad tantæ potestatis vim t. emefactus Zalla, ad terram corruit, & ceruicē crudelitatis rigidæ ad eius vestigia inclinās, orationibus se illius commendauit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit, sed vocatis fratribus, eum introrsus tolli, vt benedictionem acciperet, præcepit. Quem ad se reductum, vt à tantæ crudelitatis insania quiescere deberet, admonuit. Qui fractus recedens, nil vltius petere à rustico præsumpsit, quē vir Dei non tangendo, sed respiciendo soluebat. Ecce ita est, Petre, quod dixi: quia hi, qui omnipotenti Deo familiariter seruiunt, aliquando mira facere etiā ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit, lora verò, nodosque ligaturæ, quę innocentis brachia astrinxerant, ocu-

Liber. II. Dialog.

Io dissoluit, ipsa miraculi celeritate indicat, quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Rursus quoque, quae, quantumque, miraculum orando valuit obtinere, subiungam.

*Quomodo infantem cuiusdam rusticum iam mortuum exsuscitauit.*

Cap. XXXVI.

**Q**UADAM die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus, quidam vero rusticus defuncti filij copus in vlnis ferens, orbitatis luctu estuans, ad monasterium venit, Benedictum patrem quaesivit. Cui cum dictum esset, quia idem pater cum fratribus in agro moraretur, protinus ante monasterij ianuam corpus extincti filij protexit, & dolore turbatus, ad ianuam ueniendum venerabilem patrem se cecitus in cursum dedit. Eadem vero hora vir Dei ab agri opere iam cum fratribus reuertebatur:

Beati Gregorij. 126  
reuertebatur: quae mox ut orbus rusticus aspexit, clamare coepit, Redde mihi filium meum, redde mihi filium meum. Vir autem Dei ad hanc vocem substitit, dicens. Numquid ego tibi filium tuum abstulisti? Cui ille respondit, Mortuus est. Veni, resuscita eum. Quod mox ut Dei famulus audiuit, valde contristatus est, dicens. Recedite fratres, recedite, haec nostra non sunt, sed sanctorum apostolorum sunt. Quid nobis onera vultis imponere, quae non possumus portare? At ille, quae nimis cogebar dolor, in sua petitione persistit, iurans quod non recederet, nisi eius filium resuscitaret. Quem mox Dei famulus inquisiuit, dicens. Vbi est? Cui ille respondit. Ecce corpus eius ad ianuam monasterij iacet. Vbi dum vir Dei cum fratribus venisset, flexit genua, & super corpusculum infantis incubuit, seseque erigens, ad caelum palmas tetendit dicens. Domine, non aspicias peccatamea, sed faciem hominis huius, qui resuscitatus

**S**uscitari filium suum rogat: & redde  
in hoc corpusculo animam, quã abstu-  
listi. Vix in oratione verba compleue-  
rat, & regrediente anima ita corpuscu-  
lum pueri totum contremuit, vt sub  
oculis omnium, qui aderant, apparue-  
rit concussione mirifica, tremédo pal-  
pitasse. Cuius mox manum tenuit, &  
cum patri viuentem, atque incolumé  
dedit. Liqueat, Petre, quia hoc miracu-  
lum in potestate nõ habuit, quod pro-  
stratus perijt, vt exhibere potuisset.

¶ Petrus.

**S**ic cuncta esse, vt asseris, constat pa-  
stenter: quia verba, quæ proposue-  
ras, rebus probas. Sed quæso te, indi-  
ces, si sancti viri omnia, quæ volunt,  
possunt, & cuncta impetrant, quæ desi-  
derant obtinere.

¶ Gregorius.

**Q**uisnam erit, Petre, in hac vita  
Paulo sublimior, qui de carnis  
sua stimulo ter dominũ ro-  
gauerit, & tamen quod voluit, obtinere  
non vo-

non valuit? Ex qua re necesse est, vt ti-  
bi de venerabili patre Benedicto nar-  
rem: quia fuit quidã quod voluit, sed  
non valuit implere

*Hic incipit vita, & transitus sanctæ  
Scolasticæ uirginis, scilicet sororis  
sue, & quomodo oratu intentissia-  
mo largissimas induxit pluiuias.*

Cap. XXXVII.



Oror nãque bea-  
tissimi Benedicti,  
Scolastica nomi-  
ne, omnipotenti  
dño ab ipso infan-  
tiæ tẽpore dedica-  
ta, ad eum semel  
per annũ venite consueuerat, ad quã  
vit. Dei non longè extra ianuã in pos-  
sessione monasterij descẽdebat. Qua-  
dam verò die venit ex more, atq, ad

eam cū discipulis venerabilis eius de  
 scēdit frater. Qui totū diē in Dei lau  
 dibus, sacrisq; colloquijs ducentes, in  
 cumbentibus iam noctis tenebris, si  
 mul acceperunt cibos. Cumq; adhuc  
 ad mensam sederent, & inter sacra col  
 loquia tardior se hora protraheret,  
 eadem sanctimonialis fœmina soror  
 eius, eum rogauit, dicens. Quæso te,  
 frater, vt ista nocte me nō deseras, vt  
 vsque mane aliquid de cœlestis vitæ  
 gaudijs loquamur. Cui ille respōdit.  
 Quid est quæ loqueris soror? Manere  
 extra cellā aullatenus possum. Tanta  
 verò erat cœli serenitas, vt nulla in  
 aëra nubes appareret. Sanctimonialis  
 autē fœmina cū verba fratris negātis  
 audisset, insertas digitis manus super  
 mēsam posuit, & caput in manibus, o  
 mnipotentē dominū rogatura, decli  
 nauit. Cūq; leuaret de mēsa caput, tā  
 ta coruscationis, & tonitruū virtus, tan  
 tāq; inundatio pluuiæ erupit, vt neq;  
 venera-

venerabilis Benedictus, neque fra  
 tres, qui cum eo aderant, extra loci li  
 men, quo conuenerant, pedem moue  
 re potuissent. Sanctimonialis quippe  
 fœmina, caput in manibus declinās,  
 lachrymarum fluuium in mensam fu  
 derat, per quas serenitatē aëris ad plu  
 uiam traxit. Nec paulò tardiùs post o  
 rationem inundatio illa secuta est.  
 Sed tanta fuit conueniētia orationis,  
 & inundationis, vt de mensa iam ca  
 put cum tonitruo leuaret: quatenus  
 vnum idemq; esset monumentū, & le  
 uare caput, & pluuiā deponere. Tunc  
 vir Dei inter coruscationes, & toni  
 trua, atque ingentis pluuię inundatio  
 nem videns se ad monasteriū nō pos  
 se redire, cœpit conqueri contrista  
 tus, dicēs, Parca tibi omnipotēs Deus  
 soror: quid est quod fecisti? Cui illa re  
 spondit. Ecce rogavi te, & exaudire  
 me noluisti, rogavi Deum meum, &  
 exaudivit me. Modò ergo, si potes,  
 egredere-

Liber. II. Dialog.

egredere, & me dimissa, ad monasterium recede. Ipse autem exire extra tectam non valens, qui remanere spóte noluit in loco, mansit inuitus. Sicque factum est, vt totam noctem per uigilem ducerent: atque per sacra spiritalis vitæ colloquia, sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi eum voluisse aliquid, sed minimè potuisse: quia si venerabilis viri mentem aspiciamus, dubium non est, quòd eandem ferentem voluerit, in qua descenderat, permanere. Sed còtra hoc quod voluit, in virtute omnipotentis Dei ex fœminæ pectore miraculum venit. Nec mirum, quòd plùs illa fœmina, quæ diu fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit. Quia enim iuxta Ioannis vocem, Deus Caritas est, iusto valde iudicio illa plùs potuit, quæ amplius amauit.

¶ Petrus.

**F**ateor, multũ placere quod dicis.

De eo

Beati Gregorij.

129

De eo quòd sororis eius Scolasticæ animam uidit in modum columbæ in cœlum tendentem. Cap. XXXVIII.

¶ Gregorius.

**C**Umque die altero eadẽ venerabilis fœmina ad cellam propriã recessisset, vir Dei ad monasterium redijt. Cũ ecce post triduũ in cella cõsistens, eleuatis in aëra oculis, vidit, eiusdẽ sororis suæ animã de corpore egressam, in colũbæ specie cœli secreta penetrare. Qui tantę eius gloriæ congaudēs, omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, eiusque obitũ fratribus denunciauit. Quos etiã pròtinũ misit, vt eius corpus ad monasteriũ deferrent, atq; in sepulchro, quod sibi ipsi preparauerat ponerent. Quo facto contigit, vt **quosum mens vna semper in Deo fuerat,**  
corum

Liber. II. Dialog.  
eorum quoque corpora nec sepul-  
ra separaret.

*Quomodò mundum uniuersum in  
unius solaris radij splendore con-  
spexit. Cap. XXXIX.*

¶ Gregorius.



Lio quoque tēpore Ser-  
uandus diaconus atque  
Abbas eius monasterij,  
quod in Campaniæ par-  
tibus à Liberio quondam  
Patricio fuerat constructū, ad eū, vni-  
tationis gratia, ex more conuenerat.  
Eius quippe monasteriū frequētabat  
vt quia idem quoq; vir doctrina gra-  
tiæ cœlestis affluebat, dulcia sibi inui-  
cem vitæ verba transfunderent, & sic  
uicem cibum cœlestis patriæ quia ad-  
huc perfectè gaudendo non poterāt,  
saltem suspirando gustarent. Cū verò  
hora iam quietis exigeret, vt membra  
sopori

Beati Gregorij. 130  
sopori dari debuissent, in cuiusdam  
turris superioribus se venerabilis Be-  
nedictus, in eius quoque inferioribus  
se Seruādus diaconus collocauit, quo  
videlicet in loco inferiora superiori-  
bus paruus continuabat ascensus. An-  
te eandem verò turrem, largius erat  
habitaculum, in quo vtriusque disci-  
puli quiescebant. Cumque vir domi-  
ni Benedictus adhuc quiescētibus fra-  
tribus instans vigilijs, nocturnæ ora-  
tionis tempora præuenisset, ad fene-  
strā stans, & omnipotentē dominū de-  
precans, subito intempesta noctis ho-  
ra respiciens, vidit fusam lucem de su-  
per cūctas noctis tenebras effugasse,  
tantoq; splendore clarescere, vt diē vin-  
ceret lux illa, quæ in tenebris radia-  
set. Mira autē valde res in hac specula-  
tione secuta est: quæ sicut post ipse nar-  
rauit, totus etiā mūdus velut sub vno  
solis radio collectus, ante oculos eius  
adductus est. Qui venerabilis pater dū  
intem-



intentam oculorū aciem in hoc splendore coruscę lucis infigeret, vidit Germani Capuani episcopi animam in sphaera ignea ab angelis in cælum deferri. Tūc tanti sibi testē volens adhibere miraculi, Seruandum diaconum iteratō, bis, terq; eius nomine cum clamoris magnitudine vocauit. Cūq; ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascēdit, respexit, partemq; iam lucis exiguam vidit. Cui tanto hoc obstupescenti miraculo, vir Dei per ordinem quę fuerāt gesta, narrauit. Statimq; in Cassinum castrum religiosi viro Theoprobō mandauit, vt ad Capuanam urbē sub eadē nocte trāsmitteret, & quid de Germano episcopo ageretur, agnosceret, & indicaret. Factumq; est, vt reuerendissimum virum Germanum episcopū is, qui missus fuerat, iam defunctum reperiret, & requirens subtiliter, agnouit eodē momento fuisse illius obitum, quo

vir do-

vir domini eius agnouit ascensum.

¶ Petrus.

**M**irares valde, & vehementer suspēda. Sed hoc, quod dictū est quia ante oculos ipsius quālibet vno solis radio collectus, totus mundus adductus est, sicut nunquam expertus sum, ita nec conytere scio, quo ordine fieri potest, vt mundus totus ad homine vno videatur. ¶ Gregorius.

**F**ixū tene, Petre, quod loqueris: quia animę videntī creatorem angusta est omnis creatura. Quantumlibet etenim parū de luce creatoris aspexit, breue fit ei omne, quod creatum est, quia ipsa luce visionis intimę mentis laxatur sinus: tantumq; expāditur in Deo, vt superior existat mundo. Fit verō ipsius videntis anima etiā super semetipsam. Cūq; in Dei lumine raptur super se, in interioribus ampliatur & cū sub se conspicit exaltata, comprehendit quā breue sit, quod com-

Q      prehen-

dere humiliata nō poterat. Vir ergo, qui intueri globum igneum, angelos quoq; ad cœlos redeūtes videbatur, hic proculdubio cernere non nisi in Dei lumine poterat. Quid itaq; mirum, si mundum ante se collectam vidit, qui subleuatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quod autem collectus mundus ante eius oculos dicitur, nō cœlum, & terra cōtracta sunt, sed videntis animus dilatatus: qui in Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne, quod infra Deū est. *In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mēte fuit, quæ videntis animum quia ad superiora rapuit, ei quā angusta essent omnia inferiora monstrauit.* ¶ Petrus.

**V** Ideo mihi vtiliter non intellexisse quæ dixeris, quādo ex te dicitate mea tantū creuit expositio tua. Sed quia hæc liquidè meis sensibus infudisti, quæso, vt ad narrationis ordinem

diuinem redeas.

*Quemadmodum regulam monachorum omni præcipuam sanctitate cōscripsit.* Cap. XL.

¶ Gregorius.



**B**IBE T, Petre, adhuc de hoc venerabili patre multa narrare, sed quædā eius studiosè prætereo, quia ad aliorū gesta voluenda festino. Hoc autem nolo te lateat, quod vir Dei inter tot miracula, quibus in mundo claruit, doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam scripsit monachorum regulam discretionè præcipuam, sermone luculentam. Cuius si quis velit subtrahere mores, vitamque cognoscere, potest in eadem institutione regulæ omnīs magisterij illius actus inuenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere, quā vixit.

Quomodo mortis suae diem praenuntiavit & presentibus, & absentibus discipulis. Cap. XLI.



**E**ODEM vero anno, quo de hac vita erat, exiturus, quibusdam discipulis secum conuersantibus, quibusdam longemanentibus sanctissimi sui obitus denuntiavit diem. Presentibus indicens, ut audita per silentium teneret absentibus indicans, quod, vel quale signum eis fieret, quando eius anima de corpore exiret. Ante sextum vero sui exitus diem aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus, acripit ardore fatigari. Cumque per dies singulos languor ingrauesceret, sexto die portari se in oratorium a discipulis fecit, ibique exitum suum dominici corporis & sanguinis perceptione munivit, atque inter discipulorum manus imbe-

imbecilia membra sustentans, erectus in caelum manibus, stetit, & vltimum spiritum inter verba orationis efflauit. Qua scilicet die duobus de eo fratribus, vni in cella commoranti, alteri autem longius posito reuelatio vnus atque indissimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata pallijs, atque in numeris corusca lampadibus via, recto orientis tramite ab eius cella in caelum usque tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset via, quam cernerent, inquisiuit. Illi autem se nescire profecti sunt. Quibus ipse ait. Haec est via, qua dilectus domino caelum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum sicut praesentes discipuli viderunt, ita absentes ex signo, quod eis praedictum fuerat, agnouerunt. Sepultus vero est in oratorio beati Iohannis Baptistae, quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui & in eo ipso, in quo

prius habitauit, nūc & vsq; si petēti  
fides extgat, miraculis coruscat.

*Qualiter quædam uesana, & mente  
capta mulier in specu sancti Bene-  
dicti per noctem quiescens, restituta  
est menti integræ. Cap. XLII.*



**N** Vper nanque est res ge-  
sta quā narro: quia que-  
dam mulier mēte capta,  
cū sensum funditus per-  
didisset, p̄ mōtes, & val-  
les, & syluas, & campos die noctūq; va-  
gabatur: ibiq; tātūmodo quiescebat,  
vbi hanc quiescere lassitudo coēgis-  
set. Quadam verò die dum insana for-  
mina vaga nimium erraret, ad beati  
viri Benedicti patris specum deuenit,  
ibique nesciens ingressa mansit. Fr-  
ucto autē mane, ita sanato sensu egres-  
sa est, ac si eam nunquam insana ca-  
pitis vlla tenuisset, Quæ omni vita  
sua tempore in eadem, quam accepe-  
rat,

rat, sanitate permanfit. ¶ Petrus.

**Q** Vid nāque esse dicimus, quod  
plerunque in ipsis quoque pa-  
trocinij martyru sic esse senti-  
mus, vt non tanta per sua corpora,  
quāta beneficia per reliquias osten-  
dant, atque illic maiora signa faciant,  
vbi minimè per semetipsos iacent!

¶ Gregorius.

**V** Bi in suis corporibus sancti mar-  
tyres iacent, dubium, Petre, nō  
est, quòd multa valeant signa mon-  
strare, sicut & faciunt, & pura mente  
quærentibus innumera miracula o-  
stendunt. Sed quia ab infirmis potest  
mentibus dubitari, vtrum ne ad exau-  
diendum ibi præsentés sint, vbi con-  
stat quia in suis corporibus non sint,  
ibi eos necesse est maiora signa ostēde-  
re, vbi de eorū præsentia potest mens  
infirmæ dubitare. Quorum verò  
mēs in Deo fixa est, tātò magis habet

pr̄ius habitauit, nūc & vsq; si petētū  
fides exīgat, miraculis coruscat.

*Qualiter quædam uesana, & mente  
capta mulier in specu sancti Bene-  
dicti per noctem quiescens, restituta  
est menti integræ. Cap. XLII.*



Vper nanque est res ge-  
sta quā narro: quia que-  
dam mulier mēte capta,  
cū sensum funditus per-  
didisset, p̄ mōtes, & val-  
les, & syluas, & campos die noctūq; va-  
gabatur: ibiq; tātūmodò quiescebat,  
vbi hanc quiescere lassitudo coēgis-  
set. Quadam verò die dum insana fe-  
mina vaga nimium erraret, ad beati  
viri Benedicti patris specum deuenit,  
ibique nesciens ingressa mansit. Fe-  
cto autē mane, ita sanato sensu egres-  
sa est; ac si eam nunquam insana ca-  
pitis vlla tenuisset, Quæ omni vitz  
sue tempore in eadem, quam accepe-  
rat,

rat, sanitate permansit. ¶ Petrus.

**Q** Vid nāque esse dicimus, quod  
plerunque in ipsis quoque pa-  
trocinij martyru sic esse senti-  
mus, vt non tanta per sua corpora,  
quāta beneficia per reliquias osten-  
dant, atque illic maiora signa faciant,  
vbi minimè per semetipsos iacent!

¶ Gregorius.

**V** Bi in suis corporibus sancti mar-  
tyres iacent, dubium, Petre, nō  
est, quòd multa valeant signa mon-  
strare, sicut & faciunt, & pura mente  
quærentibus innumera miracula o-  
stendunt. Sed quia ab infirmis potest  
mentibus dubitari, vtrum ne ad exau-  
diendum ibi præsentés sint, vbi con-  
stat quia in suis corporibus non sint,  
ibi eos necesse est maiora signa ostēde-  
re, vbi de eorū præsentia potest mens  
infirmæ dubitare. Quorum verò  
mēs in Deo fixa est, tātò magis habet

fidei meritum, quanto illic eos nouit  
& non facere corpore, & tamen non  
desse ab exauditione. Vnde ipsa quo  
que veritas, vt fidem discipulis auge  
ret, dixit: Si non abiero, Paraclerus  
non ueniet ad uos. Cum enim con  
stet, quia Paraclerus spiritus ex patre  
semper procedat & filio, cur se filius  
recessurum dicit vt ille ueniat, qui a  
filio nunquam recedit? Sed quia di  
scipuli in carne dominum cernentes  
corporeis hunc semper oculis uidere  
sistebant, recte eis dicitur. Nisi ego ab  
iero, Paraclerus non ueniet. Ac si aper  
te diceretur. Si corpus non subtraho,  
qui sit amor spiritus non ostendo. Et  
nisi me deseritis corporaliter cerne  
re, nunquam me discetis spiritualiter  
amare.

¶ Petrus.

**P**lacet quod dicitis.

¶ Gregorius.

Alio.

**A**liquantum iam a locutione ces  
sandum est: vt si ad aliorum mi  
racula enarranda tendimus, loquen  
di vires interim per silentium repare  
mus.

¶ Explicit secundus liber Dialogo  
rum Beati Gregorij papæ, de ui  
ta, & miraculis beatissi  
mi patris Benedicti  
abbatis.

*hec sunt conuiuia q̄ tibi placent  
q̄ nobis orphanis in memoriam tue dilecti  
onis reliquistis. O patris Sapientia na  
tus De uirgine: qui non designatus est de  
nerabile corpus tuum tangi et sumi a  
me indignissimo peccatore. Quid tibi  
digne reddam pro omnibus q̄ rebus tuis mi  
hi. Si totius mundi merita in*

in unum, essent concessa non  
valerent tue dignationi aliquo  
tenus comparari. Gratias ergo  
ago tibi dñe ihu xpe fili Dei vivi  
Rex Regum et Dñs domi-  
nantium. Gratiarum actiones  
pro posse fragilitatis mee tue be-  
merse maiestati ac immense pi-  
etati piissime ihu refero: quia  
a sacro corpore tuo et sanguine  
animam meam nimis avidam dul-  
citer refecisti. Rogo te ut quid  
quod in me vitiosum tue volun-  
tati contrarium inuenit? omni-  
nionem huius sacramenti fundi-  
tus euacuetur, et cor meum.

Dignum s. spūs. tabernaculum pre-  
paretur. O dulcissime ihu, sit hoc  
sacramentum ~~hunc~~ corporis et san-  
guinis tui somitas et dulcedo aie.  
mea. Salus et sanitas in omni  
~~habetatione~~ Salmantica tentatione.  
Excudebat Ioānes Ba-  
ptista à Terranova.

Anno Domini.

1569.

pace et gaudium in omni tri-  
bulatione, lumen et vires  
in omni vobis et opere, solamen  
et tutela finalis in morte.





Santissimi meritis et precibus  
ac omnium Sanctorum dignetur in  
subire ac gratiam tribuere  
qua decetero emendatus uiuere  
valeam. Sicque presentem vitam  
tam in tanto timore et solitudi-  
ne peragere quatenus post  
huius infelicis vite miseriam fe-  
lici consumata uideam. ad gra-  
tiam eterne felicitatis cum  
pro quibus orauimus. l. quodam  
modo orare teneor et cum om-  
ni populo dei uiuis et defunctis  
introducimerar. prestante domino  
nostro ihesu christo filio suo qui panis

existens angelorum parte  
factus est cibum uiciorum super  
omnia deus benedicimus in secula

Amen

Creator in familia qui de Bezaui Sa-  
pientie tue angelorum hierarchiarum annotasti  
et eas super celum imperium in 70 ordi-  
bus castis, atque elegantissime partes uniuersi  
disposuisti: huiusque quibusque sunt luminis et  
sapientie diceris: atque super eminentis  
partie principium digneris super intellectu  
mei tenebras gratiam huius claritatis in fun-  
dere duplicem in quantum sum remouens  
priuationem et tenebras peccata sili-  
cet et ignorantiam. huiusmodi quibus  
quibus in infantum disertas facis lingua  
meam erudias, atque in labijs meis

gratiam tuae benedictionis in fundas.  
danobis intelligendi acumen, retinendi cap-  
acitatem, interpretandi subtilitatem, lo-  
quendi subtilitatem gratiam copiosam  
in sacris scripturis in gressum iustitias, po-  
gressum dignas, egressum amplecti. quibus  
& commemoratio eius debet. s. 180.

O. Doctor optime ecclesie, sancte lumen  
Beati Thomae. cuius legis amantur depu-  
tationibus filium Dei. s. orationibus

Oremus. Deus qui ecclesiam tuam  
Beati Thomae Confessoris tui ac doctoris  
angelici mira eruditio relaxat et  
sancta operantur secundas, danobis quo-  
sumus et que vocat intellectus per-  
picere, et que est imitatio com-  
plere per Dominum nostrum.

# TABVLA GRA-

tiarum, concessionum, & indulgen-  
tiarum congregationi sancti Bene-  
dicti Vallisole. per sum-  
mos Pontif. concess-  
arum.

A.



BBAS sancti Benedi-  
cti Vallisole. prior est  
vsq; ad annum. 1497.  
conces. 69.

Abbas S. Benedicti est  
abbas congregationis. conces. 69.  
Abbas congregationis moderari po-  
test, & interpretari dubia regulae,  
seruato substantiali ipsius. conces-  
sio. 52.

Abbas congregationis habet ordina-  
riam iurisdictionem super tota con-  
gregatione, & singuli praefati in  
suos subditos, conce. 69.

a Abbas

Tabula.

- Abbas congregationis potest mutare  
hinc inde monachos, cum causa ta-  
men, & consilio seniorum. cōc. 54.
- Abbas congrega. potest exire mona-  
sterium ad reformandum, & visita-  
dum, vel ædificandum alia mona-  
steria. concess. 42.
- Abbas congrega. & superior cū confi-  
lio seniorum potest statuere officii  
horarum conuersis. concess. 35.
- Abbas congreg. potest priuari a maio-  
ri parte capituli gener. conc. 70.
- Abbas cōgregationis pōt dispensare  
ad transeundum ad aliam religio-  
nem. concess. 29.
- Abbas cōgreg. tenetur reuocare apo-  
statas, concess. 5.
- Abbatēs oēs sunt triēnales, conc. 69.
- Abbatēs, nec benedicuntur, nec infi-  
gnijs vtuntur, concess. 69.
- Abbatēs possunt plenariē absoluerē  
profiteres religionem, concess. 7.
- Abbatēs possunt dare facultatē dor-  
miendi

Tabula.

2

- miendi post vigiliās, concess. 32.
- Abbatēs comedant cum conuentu.  
concess. 33
- Abbatēs possunt dispensare circa mi-  
nora regulæ, concess. 36.
- Abbatēs possunt statuere quibus die-  
bus cātetur officiiū mchoro. cō. 37.
- Abbatēs possunt mutare ieiunium, le-  
ctiones, orationes, & labores ma-  
nuum. concess. 39.
- Abbatēs non tenentur mittere mo-  
nachos ad studiū generale, nec te-  
nere præceptores in scientijs pri-  
mitiuis. concess. 43.
- Abbatēs possunt dispensare cum ille-  
gitimis ad promotionē, & alia offi-  
cia. concess. 46.
- Abbatēs possunt cum donatis dispen-  
sare super quolibet voto de pro vo-  
to religionis. concess. 48.
- Abbatēs quomodo possunt dispensa-  
re in officio horarum maiori illud  
commutando. concess. 44. & 51.
- a 2 Abba-

Tabula.

Abbates possunt se concordare cum secularibus potestatibus & alijs, concess. 55.

Abbates possunt capellanas perpetuas recipere & illas retinere sine onere, concess. 52. & 64.

Abbates & monachi in quibus casibus possunt exire clausuram, concess. 13.

Abbates possunt dispescere in vno pulmento diebus, quibus cœnamus, concess. 30.

Absolutio plenaria semel in vita, & morte, & de nō reseruatis quotiēs, concess. 24. 25. & 65.

Absolutio penitentium & religionē ingredientium, cum re incidenda, si non emiserint professionem, concess. 7. 24. 25.

Alexāder papa. 6. concess. 69. 70. 71.

Alienatio bonorum congregationis quomodo fieri debeat, conc. 20.

Altaria portatilia, concess. 62.

Apo-

Tabula.

3

Apostatę quomodo sint compellendi & reuocandi, concess. 5. 60.

B

Benedictus pap. 13. concess. 3. 4. 5. 6.

C

Calixtus pap. 3. concess. 55.

Campanile possunt habere monasteria, concess. 1.

Capitulū generale singulis triennijs celebrandum, conce. 69.

Compositio cū secularibus potestatibus, concess. 55.

Conuersi quibus gaudeāt, conc. 10. 13. 25. 42. 48. 50.

Conuersi quid debeant recitare, concess. 35.

Congregatio exempta est, & papę immediatē subiecta, conce. 9. 72.

Cōfessores secularium quid possint, concess. 23. 56. 68.

Celebrare ante diem, concess. 45.

a 3

Cœna-

Tabula.

Cœnare quibus diebus liceat tempo  
re regularis ieiunij. concess. 31.  
Conseruatoria congregationis & cõ  
seruatores. conce. 71.  
Coquinæ ministri possunt esse secula  
res. concess. 27.

C.

Dispensatio super irregularitate. con  
cess. 24.  
Dispensatio votorum cum donatis.  
conce. 48.  
Diffinitores capituli gener. quid pos  
sint. conce. 70.  
Donati quid debeant recitare. con  
cess. 35.  
Donatorum institutio. conce. 17.  
Donati quibus gaudeant. conce. 10.  
13. 25. 39. 48. 5. 072.  
Dormire cū staminea & breui scapu  
lario. conce. 28.  
Dormire post vigilias quando liceat.  
conce. 32.

Euge-

Tabula.

4

E

Eugenius pap. 4. a conce. 16. vsq; ad  
concess. 52.  
Exemptio monasterij S. Benedi. Val  
lisol. conce. 9.  
Exemptio cõgregationis. conce. 9. 72.  
Exire monasteria quomodo licet. cõ  
cess. 13. 42.  
Extensio concessionũ ad omnia mē  
bra congregationis. concessio. 72.  
74.

F

Festiuitates sanctorũ non tenetur cõ  
gregatio seruare, nisi quæ per uni  
uersalem ecclesiam obseruantur.  
concess. 47.  
Fratres appellantur donati. concess.  
sio. 17.

H

Habilitatio illegitimorum. conce. 46.  
Homicidij absolutio. cõcessio. 7. 24.  
25.

2 4

Inter-

Tabula.

I

- Interdictum quomodo seruandum,  
concef. 73.  
Ioanes pœnitentiarius maior, cōc. 53.  
Iubileum S. Iacobi Compst. cōc. 68.  
Innocentius pap. 8. concef. 67. 68.  
Indulgentia corporis Chrifti pro in-  
firmis, concef. 41.  
Indulgentiæ pro fabrica monasterij  
S. Bened. concef. 57.  
Indulgentiæ uifitantium altaria mo-  
nasteriorum, conce. 15. 16.  
Indulgentiæ in fefto sancti Bened.  
conce. 21.  
Indulgentiæ ad ftationes quotidianas,  
conce. 67.  
Illegitimi poffunt habilitari ad digni-  
tates. &c. conce. 19. 46.

L

Ludouicus Taruifinus epifcopus mo-  
nachus Caftrū. conce. 26.

Magl-

Tabula.

5

M

- Magiftrum in ſcientijs primitiuis ha-  
bere non obligamur, conce. 43.  
Martinus pap. 5. à conce. 7. uſque ad  
conce. 15.  
Monachi non obligantur alia recita-  
re, quàm expreſſa in regula, con-  
ceſſ. 40.  
Monachi infirmi quid debeant reci-  
tare, conce. 44.  
Monachi uigefimo ſecundo anno æta-  
tis poffunt ad ordines promoueri  
vno die & extra tēpora, cōc. 4. 18.  
Monachi non poffunt ad aliam reli-  
gionē niſi ad Cartuſienſ. propria au-  
thoritate tranſire, conce. 22.  
Monachi poffunt in cellis legere, ora-  
re, dormire. &c. conce. 26.  
Monachi non ordinati nō tenētur de  
præcepto ad officiū maius. cōc. 51.  
Monachi nō poffunt cōpelli accepta-  
re commiſſiones cauſarū, cōc. 14.  
Monachi indocti, quid debeāt recita-  
re, con

a 5

re, con

Tabula.

concef. 35.  
 Monachus celebrando conuentali  
 ter quantum fatifaciat. conce. 49.  
 Mulieres non poffunt ingredi fepta  
 manafteriorum. concef. 59.

N

Nicolaus pap. 5. concef. 54.  
 Nicolaus Francus nuntius, a concef.  
 58. vifque ad concef. 65.  
 Nouitij vbi comedat & dormiant. co  
 cef. 38.

P

Pius pap. 2. concef. 56. 66.  
 Prælati non abbates fi funt fuperio  
 res idē poffunt q̄ abbates. cōc. 37.  
 Prior conuentalis & præpofitus. cō  
 cef. 37.  
 Priuilegiarum confirmatio per Pau  
 lum. 3. concef. 75.

R

Rece-

Tabula.

6

Receptio tempore interdicti ad diu  
 na familiarium & fecularium quo  
 modo facienda. cōcef. 50. 52. 63. 73.  
 Rodericus Albanen. epifcopus lega  
 tus Hifpaniarum concef. 57.

S

Stationes quotidianæ, & indulgētiæ.  
 concef. 67.

T

Transire ad aliam religionem quan  
 do licet, & cum quibus licet difpen  
 fare. concef. 22. 29.

V

Vifitatores congregationis, & quid  
 poffint. concef. 70.  
 Votum caftitatis & paupertatis emit  
 tunt donati. concef. 17.

Finis Tabulæ

## Declaratio operum.



Notandum quòd omnes concessiones sunt proprio numero signatæ, vt facilius possit inueniri quod in tabula quæsitum fuerit. Concessiones tamé, quas videris signatas pluribus notulis numericis, scias illas habere alias concessiones alterius congregationis, quæ cum illis conueniant. Prima enim notula, quam in principio cuiusque concessionis reperies, distinguit suo ordine concessiones inter se. Quæ verò in qualibet concessione inferiores sunt notulæ, remittunt te ad alias concessiones alterius congregationis similibus notulis numericis concessionum ordine signatas: cum quibus conueniant & concordant.

COM-

## COMPENDIUM

Bullarum, & concessionum Apostolicarum congregationis S. Benedicti Vallisoletanæ, quæ reformari cœpit tempore Ioannis eius nominis primi regis Castellæ viginti annis, aut amplius antequam reformaretur congregatio Calsinensis siue sanctæ Iulianæ ordinis eiusdem sancti.



CLEMENS papa concessit monasterio Sæct. Benedicti Vallisoletanæ, quòd posset habere, seu construere cymbalarium, seu campanile ad modum cymbalarij monasterij sancti Facundi eiusdem ordinis. Datis Avinioni. 4. nonas Octobris, P6ti. sui ann. 15. Hic pontifex successit Grego. 11. fuit nuncupatus Clemès 7. verù quia fuit schismaticus, nõ est in re-



Privilègia Fratrum.

in registro pontificū, sed eius indulta fuerunt in concilio revalidata. Fuit electus anno dñi. 1377. & obiit anno. 1383. in schismate,

2 ¶ Idē Clemens cōcessit prædicto monasterio, vt posset habere cœmeteriū ad sepeliēda monachorū corpora, & aliorum quorūlibet ibi sepeliri volētium, saluo iure presbyteri parochialis. Dat. Auinioni. 4. octobris, pontificatus sui anno. 15.

3 ¶ Benedictus. 13. concessit priori sancti Benedicti. Valliso. vt posset absoluerē monachos sui prioratus a qua libet sententiā excommunicationis. suspensionis & interdicti, & ab iniunctione manuum violētia, dummodo mors, aut mutilatio, seu enormis debilitatio nō fuerit secuta, & ad dispē sandū super irregularitatibus ob hęc vel similia contractis, modo in contemptū clauū non eas contraxerint. Et priori concedit, vt a prædictis, si for-

Ordinis S. Benedicti. 8

san incurrerit per monachum sacerdotem, quā elegerit, absolui possit. Datis Auinioni. 6. calend. Maij. pontifica. sui anno primo. Hic successit prædicto Clementi etiam schismaticus: sed per concilium fuerant illius indulta validata. Fuit electus anno. 1383. sedit annos. 21.

4 ¶ Idem Benedictus concessit, vt monachi professi constituti in ætate viginti duorum annorum possint ad omnes sacros ordines statutis a iure tēporibus promoueri, & in eis ministrare. Datis Auinio. 6. calen. Augusti. ponti. sui. anno. 1.

5 ¶ Idem Benedi. mandat priori prædicto vt procuret monachos apostatas prædicti priorat⁹ reuocare, & modica disciplina recipere, cōtradiētores auctoritate apostolica cōpescēdo. Inhibet insup, ne monachi ad aliud monasteriū prædicti ordinis, seu alteri⁹ propria auctoritate absq; sedis apostolicę licen-

### Priuilegia fratrum

licentia se valeant transferre. Datis Auinio. 3. calen. Iunij Pontificatus sui anno. 4.

6 ¶ Idem Benedictus exemit monasterium præfatum à decimarum solutione, omnia possessionum quas iuste possidēt, & proprijs sumptibus excoli faciunt vel facient. Datis Tarracone. 9. calen. August. pontificatus sui anno. 16.

7 ¶ Martinus. 5. cōcessit priori S. Benedicti. Valliso. vt possit absoluere oēs qui in dicto monasterio proposuerint perpetuū Deo reddere famulari unā quibuscūque peccatis: & à quacūque sententia excommunicationis suspensionis & interdicti: & super irregularitate qualibet dispensare, etiam si talia foret, propter que sedes apostolica esset cōsulenda, satisfactione tamē præmissa ex parte tantū se cōuertentiū, & imposta illis à priore pœnitētia. Datis Romæ. 17. calen. Iunij pontif. sui anno

### Ordinis S. Benedicti. 9

anno. 6. Prædictus Papa sedato schismate, qđ per triginta nouem annos in Dei ecclesia grassatū fuerat, in cōcilio Cōstantiensi fuit electus anno. 1417. sedit annos. 14.

8 ¶ Idem Martinus concessit præfato monasterio, vt illius cōfessores monachisuarum familiarum tam laicorum quàm regularium confessiones possent audire & absoluere, & ecclesiastica sacramenta conferre, etiam si extra septa monasterij cōmorentur: saluo tamē iure presbyteri parochialis. Datis Romæ. 17. Calend. Iulij Pontif. sui anno. 6.

9 ¶ Idem Martinus cōfirmavit exemptionem, qua Benedictus exemerat monasterium sancti Benedicti à quacūque ordinaria iurisdictione, Metropolitana & abbatiāli: & immediatē sedi apostolicæ subiecerat. Concesserat Benedictus Auinioni. 6. nonas Martij Pontif. sui anno. 4. Concessit Martinus

Priuilogia Fratrum

tinus Romæ. 13. Calen. Septembris  
Pontific. sui anno. 8.

10 ¶ Idem Martinus concessit, vt  
tēpore generalis interdicti in diocē  
si Palentina. vel in villa Vallisoletī  
possint abbas & cōuentus dicti mona  
sterij ianuis clausis, & expulsis excō  
municatis, seruitores, & familiares  
suos ad diuina adiēda admittere: &  
24 eis ecclesiastica sacramenta cōferre:  
& eorum corpora in cœmeterio dicti  
monasterij sepelire. Dummodō ipsi  
aut monasteriū causam non dedērint  
interdicto: aut ipsi non fuerint inter  
dicti. Datis Romæ. 5. idus Martij. Pō  
tifi. sui anno. 9.

11 ¶ Idem Martinus concessit, vt  
monachi, conuersi, & oblati dicti mo  
nasterij possint in dormitorio cellas  
habere, & in eis orare, legere & medi  
tari. Cōcedit etiā, vt prior cum mona  
chis possit mutare ieiunia, labores  
manuū, & lectiones, & tēpora dormi

tio

Ordinis S. Benedicti. 10

tionis & vigiliatū: prout secūdū Deū  
animarū salutē viderint expedire. Da  
tis Romæ. 5. idus Martij. Pontific. sui  
anno. 9.

12 ¶ Idem Martinus concedit. Mo  
nachis dicti monasterij quōd nō te  
neantur ad plures psalmos, ieiunia,  
orationes, deuotiones, suffragia, & ce  
remōnias, quā ad expressa in regu  
la. Datis Romæ. 5. idus Martij anno.  
9. Pontific. sui.

13 ¶ Idem Martinus concedit mo  
nachis & conuersis dicti monasterij,  
vt nō obstante voto clausuræ possint  
exire septa monasterij de licētia prio  
ris & consensu maioris partis cōuen  
tus in his casibus. Ad Rathanā curiā  
pro negotijs monasterij, aut vniuersa  
lis ecclesie, aut principis terre: Ad  
generālē pūblicę, seu regni synodū  
Tēpore portualitatis, famis, vel guerrę  
rē: Ad reformationē seu fundatōnē

b

alicu

### Priuilegia Fratrum

alicuius monasterij dicti ordinis. Ad omnes ordines suscipiendos. Infirmi etiam & debiles, scandalosi & minus utiles, & senes septuagenarij. Electi etiã seu postulati aut prouisi de prioratibus, monasterijs seu grangijs dicti ordinis. Et quoties verisimiliter præsumeretur nisi negotia monasterij tractentur per monachos vel conuersos, ipsum monasterium magnam passurum iacturam in spiritualibus & temporalibus. Ipse autem prior non possit exire nisi aliqua causa de supra dictis, & cum consensu duarum partium conuentus præstito iuramento in capitulo coram tabellione & testibus, quoniam exquisito colore exeat. Datis Romæ Calend. Nouembris. Pontif. sui. anno. 11.

14 ¶ Idem Martinus concedit priori & conuentui dicti monasterij, ut quoties a sede apostolica vel a legatis seu alijs iudicibus emanauerint com-

missio-

### Ordinis S. Benedicti. 11

missiones cognitionum aliquarum causarum alicui monacho dicti monasterij etiam si pœnæ vel censuræ imponantur, si non acceptauerit: nihilominus possit eorum quilibet talem commissionem remittere ad sedem Apostolicã, seu legatos eius, dummodo talis causa fidem catholicam non concernat: & hoc absq; aliqua inobedientie nota. Datis Romæ. 9. Calend. Septembris. Pontif. sui. anno. 13.

15 ¶ Idem Martinus concessit omnibus verè pœnitentibus & cõfessis, qui in festo sancti Benedicti ecclesiam dicti monasterij visitaerint, annuatim tres annos & totidẽ quadagenas indulgentie. Datis. Romæ. 9. calend. Septembris. Pontif. sui. anno. 13.

16 ¶ Eugenius quartus concessit septem annos & totidem quadagenas indulgentie, visitatibus in modo supra dicto eandem ecclesiam. Datis Romæ anno incarnationis. 1443. 5. Calend.

b 3

Martij.

### Privilegia Fratrum

Martij. Pontificat. sui. anno. 13. Hic successit Martino quinto. anno. 14. 31. obiit anno. 1446.

17 ¶ Idem Eugenius confirmat concessionem Martini, ut possit prior recipere in monasterio laicos quos dicerentur monachi aut conversi, sed fratres ad exeundam septa monasterij pro negotijs domus: & solum pro mitterent obedientiam, & ad nulla regula tenerentur, nisi ad constitutiones & ordinationes illis per priorem statuendas. Et yterentur scapulario absque capitis exeundo extra monasterium, sed non in domo: & mantello griseo, quando priori visum esset. Addidit Eugenius, ut isti fratres debeant emittere votum paupertatis & castitatis: & dicere aliquod Pater noster & Ave Maria pro honoris canonicis, qui vivunt ut prior illis ordinarit: & gaudeant omnibus gratijs & privilegijs, quibus monachi. Hec

con-

### Ordinis S. Benedicti. 12

concessum est bis ab Eugenio. Primo anno incarnationis. 1446. nono calend. Junij. Pontificat. sui anno tertio. Secundo, anno incarnationis. 1446. Idibus Decembris. Pontificat. sui anno. 16.

18 ¶ Idem Eugenius concedit prioridicti monasterij, ut possit mittere aliquos ex suis monachis cum consensu seniorum ad monasteria reformanda. Concedit etiam, ut monachi quos ipse elegerit, possint vno die anni recipere omnes sacros ordines: nulla licentia requisita ab aliquo antistite, extra tempora a iure concessa: & hoc semel duntaxat. anno quolibet. Datis Romę anno incarnationis mille simo quadringentesimo trigesimo tertio. Pontificat. sui. anno. 3.

19 ¶ Idem Eugenius concedit, ut omnes monachi, qui in dicta congregatione professionem emisissent, & sub clausura & regulari observantia per-

b 4

man-

### Priuilegia Fratrum

- manferint, qui defectum aliquem naturalium habuerint nō obstante talis defectu, post decem annorum spatium possint assumi & eligi ad quascūque dignitates & administrationes dicti ordinis, & in illis ministrare. Datis Romę anno. 1433 Pont. sui anno. 3.
- 20 ¶ Idem Eugenius concedit priori dicti monasterij & cōuentui, vt quoties illis visum fuerit opportunū, cū auctoritate Palentinens. episcopi possint de rebus immobilibus dicti monasterij vñ dēre, alienare, permutare, seu in emphyteusim dare, vsq; ad valorē ducentorum florenorum auri de camera pro qualibet vice. Dūmodo ex hoc conditionē monasterij eulenter meliorem faciāt. Et illud pretium semper in comparandis alijs bonis immobilibus exponatur. Datis Romę anno incarnationis. 1437. 4. nonas Aprilis. Pontif. sui anno. 4.
- 21 ¶ Idem Eugenius concedit omni

bus

### Ordinis S. Benedicti. 13

bus verē pœnitentibus & cōfessis visitantibus dicti monasterij ecclesiam in festiuitate eiusdem sancti, tres annos & totidem quadragenas indulgentiæ. Datis Romę anno. 1431. pridie nonas Iulij Ponti. sui anno. 1.

22 ¶ Idem Eugenius prohibet monachis monasteriorum reformatōrum & reformatōrum ne post emissam professionem siue cum habitu, siue sine habitu extra sua monasteria euagantur: vel ad alia eiusdem, vel alterius ordinis se transferant, etiā mendicantium: nisi tantū ad ordinē Cartusiensem, auctoritate propria, nec etiam sedis apostolicę, vel alicuius à dicta sede iudicis, nisi in tali concessione plenē, & de verbo ad verbū huius prohibitionis mentio fiat. Contrarium facientibus, nisi post sex dies à monitione vel vocatione per suos praelatos facta redierint, sententiam excommunicationis infligit sedi apostolicę

b 5

stolicę

### Priuilegia Fratrum

stolicæ reseruatum. Eandem sententiam incurrunt talium receptores. &c. Concedit etiam inuocandi brachij secularis potestatem: redeuntibus ad ouile cōcedit, vt per suos prælatos ab apostasia & sententia excommunicationis absolui possint, & cum eis dispensari super irregularitate cōtracta: dummodò in contemptum clauium non contraxerint. Datis Romæ anno. 1446. Pontificat. sui anno decimosexto.

23 ¶ Idem Eugenius concedit priori dicti monasterij & quatuor monachis presbyteris ab eo ad nutum eligendis & remouendis, vt possint audire confessiones secularium, & eos absoluere etiam à casibus episcopo reseruatis, & à quacunque sententia seu censura à iure vel ab homine lata in genere tantum, & eos habilitare in dictis casibus, & dispensare super votis episcopo reseruatis: & hoc to-

tics

### Ordinis S. Benedicti. 14

ties quoties illis & deuotioni dictorum virorum videbitur expedire. Datis Ferrariæ. 3. nonas Ianuarij. Pōtific. sui anno. 8.

24 ¶ Idem Eugenius concedit omnibus monachis monasteriorū reformatorum & reformandorum perpetuò, vt semel possint absolui per confessores monachos ad hoc per suos prælatos deputatos ab omnibus criminibus etiam enormibus, & à qualibet sententia excommunicationis à iure vel ab homine, etiam si propterea sedes apostolica esset consulenda, siue ea in seculo siue in religione commiserint: & dispensare super qualibet irregularitate, dempta bigamia, homicidio voluntario, & mutilatione manu propria, confilio, aut mandato perpetrata: & habilitari ad promotiones, & alia.

Intelligendo de professis, vel qui iam in actu professionis existunt,

semel

### Priuilegia Fratrum

semel duntaxat: à casibus tamen sedi apostolicæ non referuatis. & alijs cenfuris à iure, vel ab homine prolatiis & preferendis in genere seu specie, toties quoties opus fuerit. Dat. Ferrariæ. 3. nonas Ianuarij. Pont. sui an. 8. 25 ¶ Idem Eugenius prædicta extendit ad conuersos, oblatos, familiares, seruitores, commensales, præsentis & futuros, & ad nouitios cum reincidentia si non emiserint professionem. Et omnibus & singulis monachis concedit de omnibus peccatis verè confessis & contritis, & etiam oblitis in vero mortis articulo plenam remissionem, dummodò in unitate fidei manserint: quod etiam extendit ad conuersos oblatos & nouitios. Hac lege, vt qui hac gratia gaudere uoluerit, dicat omnibus sextis ferijs per unum annum septem psalmos cum litaniam, & qui non scit legere aut est imbecillus, dicat alias orationes consilio

con-

### Ordinis S. Benedicti. 15

confessoris sui: & si quid prætermiserit debet illud supplere. Dat. Ferrariæ. 3. nonas Ianua. Pont. sui an. 8. 26 ¶ Idem Eugenius interuentu D. Ludouici episcopi Taruifini concedit sequentia. Primò, quod possint in suis monasterijs habere cellas in dormitorio: dummodò ianux habeant fenestellas, vt possit videre prior qui faciat monachus, & quòd non claudantur clauibus, præter cellam prioris & cellarij.

27 ¶ In minoribus congregationibus quòd possit coquinæ officium fieri per secularè coquum. In maioribus autem seruetur regula: aut deseriatur per conuersum vel oblatum. Maior congregatio dicitur duodecim monachorum & supra.

28 ¶ Quòd possint sine scrupulo monachi dum faciunt iter dormire cum staminea & scapulario & debiles & infirmi similiter in monasterio tempore æstiuo



Priuillegia Fratrum

æstiuo & alio tempore.

29 ¶ Quòd prior siue superior cõiti monasterij, & congregationis cum consilio seniorũ possit dispensare cū infirmis monachis professis, debilib⁹, scãdalosis, aut inutilib⁹, vt possint transire ad parẽ siue arctiorẽ regulã.

30 ¶ Quòd in potestate abbatum sit dispẽsare tempore quo monachicœnant, vt vnum pulmentum detur monachis, vt sit in Italia.

31 ¶ Quòd monachi possint cœnare die natalis domini cū duobus diebus sequentibus quocunq; die occurrãt. In alijs verò diebus solennibus, qui à clero & populo cõiudicantur, possint cœnare, si in feria. 6. nō venerint

32 ¶ Quĩ abbas possit dare monachis licẽtiã dormiẽdi post vigilias: & horã indigẽtib⁹ aut petẽtib⁹. Nō autẽ fiat generaliter nisi æstiuo tẽpore.

33 ¶ Quòd abbates comedant cum conuẽtu: nisi affuerint aliqui hospites

aut

Ordinis S. Benedicti.

16

aut religiosi: vel propter alias expedites causas.

34 Quòd abbates possint statuere quibus dieb⁹ monachi debeãt cãtare officiũ, & quib⁹ nō. Et quod fiat moderatẽ.

35 Cõceditur priori cõgregationis vt possit statuere officiũ horarũ conuersis & oblatiis. Cõceditur insup quod monachi nō scientes bene legere teneantur dicere officium de domina nostra: qui etiã dicant certum numerũ aliarũ orationum, quas abbates illis ordinauerint, pro officio maiori. Monachi verò scientes bene legere teneantur ad integrum officium.

36. Quòd quilibet abbas cū consilio presbyterorum possit dispensare circa minora regulæ, seruata tamen substantia & sano intellectu: cū auctoritate, ne laxetur obseruantia regulæ.

37. Quòd prior cõuentualis vel superior vel alius, dum modo sit superior, possit benedicere cucullam &

reci-

### Præuilegia Fratrum

recipere professiones monachorum.  
38 ¶ Quod nouitij possint simul  
cum professis comedere & dormire:  
sed iam mensa ad hoc deputata.

39 ¶ Quod possint abbates dispen-  
sare cū monachis, cōuersis, & oblatis,  
vt in cellis possint legere, orare, & a-  
lia facere: dū nō dō sint fenestelle in  
ianuis: nec non lectiōē, ieiunia, dor-  
mitionem, & laborem mutare, prout  
secundū Deum uiderint expedire.

40 ¶ Quod monachi non obligen-  
tur ad alia recitāda, quā ad ea quæ  
in regula cōtinentur: nisi quātū ex  
deuotionis seruore processerit. Sic fit  
in congregatione sanctæ Iustine. Da-  
tis Florentiæ anno. 1439. Pontif. D.  
Eugenij anno. 9.

41 ¶ Idem Eugenius cōcessit omni-  
bus monachis q̄ in festiuitate corpo-  
ris Christi, & per eius octauas infir-  
mi fuerint, vt consequātur omnes in-  
dulgētiās illius festiuitatis ac si diu-  
nis

### Ordinis S. Benedicti. 17

nis officijs interessent. Concessit etiā  
vt omnes monachi cū vigesimum-  
quartum annum attigerint, possint ad  
sacerdotium promoueri. Data Floren-  
tiæ. idibus. Nouembris. Pontif. sui. an-  
no. 9.

42 ¶ Idem gratiam Martini quinti.  
de exeundo septa monasterij exten-  
dit ad omnia monasteria reformata,  
siue reformanda, & ad monachos, o-  
blatos, & conuersos. Insuper conce-  
dit priori cōgregationis, vt possit quo-  
libet anno cū duobus monachis exire  
ad uisitandum monasteria dictę cōgre-  
gationis, & ad erigenda siue ædifican-  
da alia monasteria.

43 ¶ Quod non obligentur abba-  
tes mittere aliquem monachum ad  
studia generalia: nec habere præcep-  
torem in sciētijis primitiuis: sed quod  
recipiantur monachi iam instru-  
cti.

44 ¶ Quod abbates possint debili-  
bus

### Priuilegia Fratrum

bus & infirmis assignare numerum aliquem orationum propenso horarū canonicarum.

45 ¶ Quòd possint in monasterijs dictæ congregationis celebrare per vñam horam ante diem, propter donatos & seruitores.

46 ¶ Quòd possint abbates dispensare cum monachis illegitimis vt possint esse priores conuenticales, confessores, decani, & alia tenere officia.

47 ¶ Quòd non obligentur alias seruare festiuitates, nisi quæ per vniuersalem ecclesiam obseruantur: nisi superiores locorum in quibus degūt aliud mādent, aut inde sequatur scandalum.

48 ¶ Quòd quilibet abbas possit dispensare cum oblatiis donatis, & commissis super quolibet voto etiam vltimario, & ipsum commutare, excepto

### Ordinis S. Benedicti. 18

cepto voto religionis: & hoc quando manserint in societate dictorum monasteriorum: nam si recedant, tenentur redire, vel vota adimplere.

49 ¶ Quòd monachus celebrans missas tricenarij sancti Gregorij aut Lamberti, satisfaciatur etiam celebrando simul aliquo die illarum missarum matutinalem aut conuenticalem missam.

50 ¶ Quòd possint tēpore interdicti recipere ad diuina omnes oblatos, donatos, commissos, seruitores, familiares & officiales: & eis alia sacramenta conferre, & eorum corpora tumulare: dummodò ipsi causam non dederint interdicto.

51 ¶ Quòd monachis non presbyteris possit abbas pro horis canonicis iniungere aliquas orationes, cum propter aliquā vtilem & honestā causam

### Priuilegia Fratrum

non dixerint officium: sic quòd ad officium maius ex debito non teneantur.

52 ¶ Quòd possit abbas congregationis dubia regulæ exponere declarare & moderari: seruato tamen substantiali & sano intellectu: ne dissolutio inde sequatur. Data florétia, quinto idus Nouembr. Pontificat. sui anno. 9.

53 ¶ Ioannes episcopus Prænesti. pœnitentiarius maior cõcedit vt tẽpore interdictionis, siue cessationis à diuinis possint eligere successuè sex personas viros seu mulieres, & ad diuina admittere, & sacramenta conferre: & si decesserint, illorũ corpora sepelire. Data Romæ pridie Calend. April. Pont. Nicolai. 5. anno primo.

54 ¶ Nicolaus quintus extendit gratiam Eugenij de mittendis monachis ad reformandum, quòd possit de consilio seniorummittere monachos quorumcun-

### Ordinis S. Benedicti. 19

rumcunque monasteriorũ reformatorum & reformandorũ ad alia monasteria, tam ad reformandum quàm ad ibi manẽdũ, dum sit causa honesta, & pro directione diuini cultus: & eos reuocare. Data Romæ anno incarnationis. 1452. Calend. Septembr. Pontificat. sui. anno. 6. Hic Nicolaus successit Eugenio, anno. 1447. Obijt verò anno. 1455.

55 ¶ Calixtus Pap. concedit toti congregationi, vt abbates & alij prælati possint se concordare & componere cum dominis, locis & ciuitatibus, in quibus sua monasteria habent aliqua bona immobilia, quæ subiacent tributis aut pensionibus: ne dissensio inter monasteria & tales dominos aut loca oriatur: & ea quæ composuerint tributa soluere: quòd intelligendum est, cum ipsa bona erant tributis obnoxia, antequàm essent dictæ congregationis. Data Romæ anno.

### Priuilegia Fratrum

1455. Pontif. sui anno. 1. Hic Calixtus tertius successit Nicolao. anno. 1455. obiit anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo. 56. ¶ Pius secundus extendit gratiam concessam monasterio sancti Benedicti Vallisoleti de audiendis confessionibus laicorum: ad monasteria reformata & reformanda dicto monasterio subiecta, quod possint abbates deputare monachos ad audiendas confessiones, excipit ne absoluant dedecimis non solutis aut non soluendis. Data Tibure anno. 1463. Pontificat. sui anno quinto. Successit Pius Calixto. anno. 1458. sedit annis. 6.

57. ¶ Rodericus Albanienf. episcopus legatus Hispaniarum concessit dantibus eleemosynam pro fabrica monasterij sancti Benedicti. Et illud visitantibus in translatione eiusdem sancti, & in festiuitatibus assumptionis, & purificationis, & Ioannis Baptistæ.

### Ordinis S. Benedicti. 20

ptist. verè contritis & confessis, tres annos & totidem quadragenas indulgentiæ. Data Segouix. anno. millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. pontifi. Xisti.

58. ¶ Nicolaus Francus nuntius cum potestate legati de latere concedit prælatis dictæ cõgregationis quod possint deputare monachos quos voluerint ad audiendas laicorum confessiones, qui possint eos absolvere à calibus & sententijs & censuris, à quibus potest episcopus, & dispensati, & hoc totiens quotiens deuotioni pœnitentium videbitur expedire. Dummodò satisfaciant, & ad minus semel in anno suis presbyteris parochialibus confiteantur, si sint personæ habentes domicilium, & sint principales domus suæ. Data in monasterio S. Benedicti Vallif. an. millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

### Priiilegia Fratrum

Pontificat. Xisti ann. 5.

59 ¶ Idem Nicolaus inhibet mulieribus cuiuscunq; status aut preminetie fuerint, ne inuitis prelati dictae congregationis clausuram dictorum monasteriorum audeat infringere, sub pena excommunicationis, a qua non possint absolui, nisi per prelatos dictorum monasteriorum: etiam si sit illis indultum a sede apostolica, quod talia monasteria ingredi possint. Eandem sententiam imponit omnibus, qui vi aut clam, aut furtiuè ingrediuntur domos, hortos, & alia septa monasteriorum dictae congregationis, vel consenserint, aut mandauerint. Datis vt supra.

60 ¶ Idem in apostatas nostri ordinis, & eorum receptores, fautores, & cooperatores, & in religiosos alterius religionis, qui praetextu cuiusuis priuilegij eos retinuerint, & requisiti non dimiserint, sententiam excommunicationis infligit ipso facto incurrendam a qua:

### Ordinis S. Benedicti. 21

a qua non nisi in articulo mortis absolui possint per sedem apostolicam, vel de consensu praelatorum dictae congregationis &c. Dat. vt supra.

61 ¶ Idem concedit omnibus visitantibus altaria monasteriorum dictae congregationis, ad quodlibet altare dicendo Pater noster & Aue Maria pro vniuersalipace, centum dies indulgentiarum.

62 ¶ Idem concessit altaria portatiua monasterijs dictae congregationis, in infirmarijs & alijs locis, infra septa monasterij.

63 ¶ Idem concessit quod tempore interdicti possint admittere quindecim personas ad diuina officia.

64 ¶ Idem concessit quod possint recipere quaecumque legata perpetuis capellanij, & illa tenere absque tali onere: dummodo tamen ipsi benefactores participes sint beneficiorum communium in dictis monasterijs faciendorum.

Priuilegia Fratrum

65 ¶ Idem concessit prælatis & monasterijs vniuersis dictæ congregationis, vt de suorum prælatorum licentia possint eligere confessoré monachum, qui eos absoluat semel in vita, & iterú in mortis articulo ab omnib<sup>9</sup> excommunicationibus, peccatis & criminibus, etiá sedi apostolicæ reseruat. Et pro hoc confessionali quilibet eorú teneatur dicere semel septé psalmos pœniténtiales, vel sexagies Pater noster & Aue Maria pro pace & tranquillitate ecclesiæ & summi Pontificis.

66 ¶ Pius secundus concedit priori sancti Benedicti, vt si duo vel tria monasteria propter exiguitatem fructuú tres, vel quatuor monachos in singulis sustentare nequeant, possint ea venire & incorporare: vt in aliquo ipso rum possint manere vsq; ad numerú duodecim Monachorum. Et etiá possint mutare loca monasteriorú, si ita viderint expedire. Dat. Tibure. ann.

1463.

Ordinis S. Benedicti.

22

1463. 8. idus Septé. Pör. eius anno. 6. 67. ¶ Innocétius octauus concedit oibus monachis dictæ cõgregationis visitátibus aliqua altaria suorum monasteriorú ad hoc p suos abbates deputata, vt cõsequátur oés indulgentias, quas cõsequerétur visitádo ecclesias vrbs Romæ tépore quadragesimali, & alio tépore: & q infirmi & impediti cõsequátur easdē indulgétias recitando aliquas orationes per prælatos suos eis ordinatas. Datis Romæ anno 1486. Pör. sui an. 2. Hoc etiá cõcedit oblati & donati. deinde cõcessit extendendo, vt etiá cõsequátur indulgétias, quas cõsequerentur visitádo septé ecclesias vrbs Romæ. Succesit hic pontifex Sixto quarto an. 1484. obiit verò anno. 1492.

68. ¶ Idé cõcessit q an. Iubilei Cõpostella. recitádo oñones p prælatos suos eis ordinádas, cõsequátur eadē indulgentiá & iubileú, acsi personaliter visitarét

23

Priuillegia fratrum  
rent ecclesiã beati Iacobi. Da. Romæ  
ann. 1490. Pontifi. sui ann. 6.

69 ¶ Alexander sextus concedit dictę  
congregationi multa capitulum gene-  
rale concernentia: quod in singulis  
triennijs celebratur. Poni formam in  
capitulo generali habendam, de eli-  
gendis visitatoribus, suppletoribus,  
difinitoribus, procuratoribus, de ele-  
ctionibus & confirmationibus: de ab-  
bate sancti Benedicti, quod sit caput  
congregationis: & habeat ordinariam  
iurisdictionem super tota congrega-  
tione, & singuli prælati in suos subdi-  
tos. Quod abbates sint triennales: &  
non vtantur insignijs, nec benedicantur.  
&c. Datis Romæ ann. 1497. 4. no-  
nas Decembris. Pontifi. sui anno. 6.

70 ¶ Idem declarat aliqua dubia sue  
primæ concessionis: & de nouo conce-  
dit, quod difinitores habeant ean-  
dem potestatem, quam habent difini-  
tores S. Iustinæ: ad declarandum, mo-  
deran-

Ordinis S. Benedicti. 23

derandum, tollendum, mutandum, &  
ampliandum diuini officij ordinem &  
directionem: & circa regimen congre-  
gationis. &c. Et quod possint edere  
statuta & constitutiones quoties in ca-  
pitulo generali eis videbitur expedi-  
re. Visitatoribus etiam & eorum sup-  
pletoribus concedit eandem potesta-  
tem, quam habet abbas congregatio-  
nis, etiam super ipsum abbatem cõgre-  
gationis, si opus fuerit. Et quod abbas  
congregationis possit priuari à maio-  
ri parte capituli generalis: & sic priua-  
tus, à tali priuationis sententia non  
possit appellare: & alia plura. Datis  
Romę. anno. 1506. nonis. Martij. Pon-  
tificat. sui anno. 9.

71 ¶ Idem Alexander concedit con-  
tra molestatores, occupatores, iniuria-  
tores, & vsurpatores bonorũ mobiliũ  
sue immobiliũ dictę congregationis:  
vel aliquo modo molestátę dictã con-  
gregationem vel illius monachos, con-  
uer-



### Privilegia Fratrum

versos oblatos, donatos familiares, & seruitores. Et concedit illis iudices cōseruatores ad prædicta abbatem de Poblete, priores sancti August. Vallis olet. & sancti Dominici Compostellani, & quemlibet eorum insolidū: qui sine figura ac strepitu iudicij possint procedere contra tales molestatores, occupatores &c. Eos censuris & alijs pœnis cōpescendo: appellatione postposita: auxilio brachij secularis si opus fuerit inuocato. Concedit etiam vt quod vnus eorum inceperit, alius mediare & finire possit: etiam si primus nulla sit occupatione detentus. Data Romæ anno. 1498. 14. Calend. Mar Pontif. sui anno. 7.

72. ¶ Eugenius quartus concedit vt omnes gratiæ, indulgæ, exéptiones, priuilegia, & alia fauorabilia, tam in spiritualibus quàm temporalibus monasterio sancti Ben. Valli. cōcessa per se dem apostolicam, sint cōcessa oibus &

sin.

### Ordinis S. Benedicti. 24

singulis monasterijs, abbatibus, monachis, cōuersis, oblati seruatoribus, & cōmissis dictæ cōgregatiōis: & etiã monasterijs illi subijciendis, ædificandis, reformandis, & aggregandis, quādiu in clausura & reformatiōe fuerint, ac si specialiter vnicuiq; illorū cōcessa forent. Dara Romæ. anno. 1406. decimo octauo calend. Ianua. Pontif. sui anno. 16.

73 ¶ Leo decimus cōcedit vt in beatæ Dei genit. Mariæ & sancti Ioannis baptistæ natiuitatum & translationū sanctorū Martini & Benedicti corūq; octauis, & sanctæ Scholasticæ eiusdē S. Benedicti sororis, & beatorū Mauri & Placidi, & S. Gregorij Papæ, & Illephōsi archiepiscopi, & Antonij & Bernardi abbatū, ac tempore quo aliquis monachus professionē emittere, aut primā missā celebrare: seu abbates, & monachos, humana cadauera ecclesiasticæ tradere sepulturæ cōtigerit: nec

non

### Priuilegia Fratrum

non in quorumuis aliorū sanctorum sub quorum inuocationibus monasteriorum & prioratū ecclesiæ sunt constructæ, & quorum corpora in ipsis ecclesijs recōdita existūt festiuitatibus, tēpore interdicti & cessationis à diuinis apostolica autoritate appositi, inuis clausis: alia verò quæcūq; autoritate, dūmodò huiusmodi interdicto causam non dederint: apertis ianuis, pulsatis campanis, nominatim interdictis & excommunicatis exclusis, missas & alia officia à primis ipsarum festiuitatum uesperis vsque ad occasum solis, sequentis & ultimi octauarum diei solenniter & in cantu celebrare. Quodque monachi non presbyteri, commissi, & oblati donati & seruitores tempore interdicti non apostolica autoritate appositi possint eucharistiæ & alia ecclesiæ sacramenta recipere. Dat. Romæ. uigefimosecūdo Maij anno. 1515. Pontif. sui. anno. 3.

74 ¶ Idē

### Ordinis S. Benedicti. 25

74 ¶ Idem Leo concedit toti eongregatiōi, ut monasteria, prioratus & personæ eorum omnibus, & singulis priuilegijs, & exemptionibus, immunitatibus, fauoribus, ac alijs quibusuis gratijs spiritualibus, uel tēporalibus, quibus sancti Benedicti, & alia eiusdē congregationis pro tempore existētia monasteria potiuntur & gaudent, uti, & potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia perinde ac si illa pro uoquoque monasterio concessa fuissent. Data Florentiæ, prima Decembris. anno. 1515. Pontif. sui. an. 3.

75 ¶ Paulus. III. Confirmat & inno-uat omnia priuilegia, exēptiones. &c. per sedem Apostolicam nostræ cōgregationi concessa. Data Romæ. 7. Febura. 1535.

Pontific. sui an-

no. 1.

D Tabu-

# T A B U L A

gratiarum, priuilegiorum, & concessio-  
num congregationis Cassinē-  
sis, aliā Sanctæ Iustinae

## A



BBAS congregationis  
præfident appellatur.  
conces. 2.

Abbates non possunt ha-  
bere reditus pro suis  
stentatione. conces. 2.

Abbates non benedicuntur: sed gau-  
dent omnibus, ac si benedicerentur.  
conces. 36.

Abbates possunt dispensare in votis  
cum commissis, excepto voto reli-  
gionis. conces. 20.

Abbates possunt recipere ad religio-  
nem etiam eos, qui aliam uouerint  
religio-

religionum. conces. 19.

Abbates non obligantur recipere mo-  
nachos. scandalosos, qui iam semel  
se ab obedientia subtraxerint. con-  
ces. 39.

Abbates possunt & debent procedere  
contra fugitiuos. concessio. 29.  
46.

Abbates non possunt recipere ad pro-  
fessionem nouitios absque consensu  
duarum partium totius conuentus.  
conces. 2.

Abbates non tenentur aliquid dare  
parochianis presbyteris, vel etiam  
episcopis, aut alijs de funeralibus,  
vel legatis, aut donatis monasterijs  
suis propter exequias mortuorum.

conces. 41.

Abbatibus absentibus subrogantur  
alij, qui sint pro eis abbates: & ipsi  
absentes possunt assumi ad alias abba-  
tias. conces. 44.

Tabula.

Absolutio plenaria in articulo mortis  
concef. 31.

Absolutio censurarum tempore in-  
gressus religionis. concess. 32.

Absolutio ab omnibus à quibus po-  
test ordinarius. concess. 35.

Actus vnus, vel plures contra priuile-  
gia & gratias istius congregationis  
nihil derogant talibus priuilegijs:  
concess. 18.

Alienationes bonorum congregatio-  
nis quo casu, & quomodo fieri de-  
beant. concess. 43.

Annexiones quorumcunque ecclesia-  
rum conceduntur congregationi.  
concef. 42.

Alexander papa. VI. confirmat pri-  
uilegia congregationis. concess. 48.

B

Bona congregationis spiritualia, &  
temporalia sunt sub protectione  
apostolica. concess. 5.

Capi-

Tabula.

27

C

Capitulum generale singulis an-  
nis debet celebrari: & ante-  
quam finiatur, debet statui locus ad  
annum futurum. concess. 2.

Celebrare ante diem. concess. 23.

Celebrare tempore interdicti. con-  
cess. 24.

Censuræ contra impediētes eos, qui  
volunt ingredi hanc religionē. con-  
cess. 13.

Censuræ contra fugitiuos, & eorū re-  
ceptatores. concess. 14. 46.

Cœmeteriū generale conceditur mo-  
nasterijs congregationis. concess.  
26. 41.

Conuersi quibus gaudeant. concess.  
5. 17. 22.

Commisfi sunt, quos nos donatos dici-  
mus, & quibus gaudeant. concess.  
5. 17. 22.

Confessores secularium à quibus pos-  
sunt absolueri. concess. 33.

D 3

Con-

Tabula

Cofervatoria, cōgregationis amplif-  
fima. conceff. 45.

Confirmationes pontificum de priui  
legif. conceff. 11. 19. 27. 48. 49

D

**D**iffinitores eliguntur nouem. cō  
cef. 2.

Diffinitores præfidentem, & uifitato-  
res eligunt. conceff. 2.

Diffinitores caput funt congregatio-  
nis tempore capituli. gen. cōcef. 2.

Dispensatio uotorum cum commiffis  
concef. 20.

Dubia gratiarum exponenda funt in  
fauorem congregat. conceff. 48.

E

**E**lectiones abbatum quomodo, &  
à quibus fieri debeant. conceff.  
2. 4. 8.

Exemptio congregationis. conceff.  
fio. 5.

Exemptio a folutione decimarum, &  
primi

Tabula:

28

primitiarum. conceff. 9.

Exemptio à folutione decimæ, & fub-  
fidij. conceff. 8.

Exemptio à quacunq; vexatione. con-  
cef. 7.

Extensio gratiarum in particulari cō  
cellarum ad totā congregationem  
in generali. conceff. 2. 27.

Extensio gratiarum congregationis  
Calsineñ. ad congregationem S. Be-  
ned. Vallifo. conceff. 5 1. 5 2.

Eugenius Pap. à concessione, 1. ufque  
ad. 44.

Epifcopus nihil potest facere in mo-  
nalterijs congrationis concessio-  
ne fexta.

F

**F**rudum vnus vnciæ auri foluit  
cōgregatio fedi apofolica pro  
exemptione. conceff. 5.

F

**I**llegitimi habitantur ad ordines,  
officia, & dignitates. conceff. 5.

D 4 L.

**L**egata, & donationes, & fideicom-  
missa possunt per monachos ac-  
ceptari, & ipsius monasterijs acqui-  
ri. concess. 10.

**M**onachi non possunt appellare  
ad Papam à mādatis suorum  
prælatorum. concess. 38.

Monachi impediti non experti & in-  
docti nō tenētur ad officium maius  
dicendum. concess. 40.

Monachi possunt recipere ordines à  
quo maluerint antistite absq; illius  
examine concess. 30.

Monachi non possunt compelli ad iu-  
randum de calumnia. concess. 16.

Monachi non possunt compelli ad fa-  
sciendas commissiones causarum.  
concess. 15.

Monachi non possunt tenere benefi-  
cia ecclesiastica extra congregatio-  
nem.

nem. concess. 25.

Monachi non incurrunt excommuni-  
cationem propter participationem  
in diuinis cum excommunicatis. cō-  
cess. 25.

Monachi non possunt compelli à dice-  
cesanis, vt exeant ad processiones  
publicas vel etiam funeralia. conce-  
28.

Monachi licet non possunt compelli  
ad iurandum: si tamen iurent, illo-  
rum iuramentum valet in iudicio.  
concess. 17.

Monasteria congregationis non sunt  
impetrabilia. &c. concess. 4.

Monasterium Calsineñ. vnitur con-  
gregationi, & caput congregationis  
erigitur. concess. 50.

Monasteria congregationis, quæ tūc  
erant, numerantur. concess. 19.

Mulieres non possunt ingredi septa  
monasteriorum. concess. 35.

Tabula.

P

**P**Oena subtrahētium se ab'obediētia, etiam vigore literarum apostolicarum. concess. 39.

**P**ræfidēs vocat Abbas cōgre. cōc. 2.

**P**ræfidentatus tantūm durat per annum. concessio. 2.

**P**ræfidens omnia debet agere cū cōsilio & consensu visitatorū. concess. 2.

**P**ræfidens & visitatores omnia agant, vt illis fuerit à capitulo generali dictum. concess. 2.

**P**ræscriptio contra bona congregationis non currit minor q̄. 60. annorū. concess. 12. S

**S**Tationes quotidianæ & vrbis Romæ. concess. 22. T

**T**Rangressio præceptorum capituli generalis, vel præfidētis, vel visitatorū non obligat ad mortale. concess. 38. V

**V**isitatores quid possunt, & quot eligendi, & ybi. concess. 2.

Præiule

**PRIVILEGIA**

apostolica congregationis Cassinensis, aliàs Sanctæ Iustine, ordinis Sancti Benedicti: quæ reformationem accepit in monasterio Sanctæ Iustine de Padua. anno. 1417.



**V**GENIVS Quæritus concessit congregationi Sanctæ Iustine; q̄ possit acceptare qualibet legata, donationes, concessiones, & elemosynas congregationi factas, seu faciendas, in generalitoti congregationi, non explicato monasterio dictæ congregationis: & ad hoc procuratores, syndicos creare, & collectores mittere: & sic collecta per capitulum generale seu visitatores dicti ordinis per singula monasteria, vel alicui eorum distribuere, vel in alios vsus & vtilitates præfatæ

con-

### Priuilogia Fratrum

congregationis insumere. Data Romæ, anno. 1431. Pontific. sui anno primo.

2 ¶ Idem Eugenius de certa scientia concedit, & præcipit dictis monachis, vt vnum corpus efficiant, & vna congregatio nominentur, & istius congregationis patronus, pater, & dux sit diuus Benedictus: & sub regula illius viuant, & moriantur. Et q̄ singulis annis capitulū generale celebretur: vbi nouem de illis, qui in capitulo vocem habent, in difinitores eligantur: qui caput sint congregationis: & possint ordinare cōstitutiones, statuta, & præcepta circa obseruationem regulæ: & declarare, moderari, & dispensare etiā circa temporalia, & singulos monachorum, & aliorum dictæ congregationis. Et de monasterijs vacantibus providere monachis dictæ congregationis, & illos ab alijs prælaturis eximere, & in alijs collocare, absq; streptu &

### Ordinis S. Benedicti. 31

tu & causæ congregatione, prout eis bene visum fuerit. Et in spiritualibus & obseruantia regulæ facere quæ viderint fore necessaria, substantiā regulæ non variato. Et antequam capitulum dissoluatur, per dictos difinitores nominentur quinque, vel plures visitatores, si eis visum fuerit, quorum vnus præsidens appelletur: & is sit quæ difinitores voluerint. Alij etiam eorum arbitrio eligendi congregationem ab illo capitulo vsq; ad aliud gubernent & regant secundum, q̄ in capitulo generali fuerit ordinatum, & eis commissum: & non aliter. Et præfides cum visitatoribus de monasterijs vacantibus provideant. Et antequam capitulum dissoluatur, nominetur locus ad capitulū celebrandū anno proximo: & non possit mutari, nisi de consensu præfidentis & visitorum: & hoc magna urgente necessitate. Prohibet ne abbates possint professionem aliqui



### Priuilegia Fratrum

cui nouitio dare, nisi de assensu duarum partium totius conuentus. Iubet etiã omnes, & singulos monachos subiectos esse uisitoribus & præfidenti, & prælatis suorum monasteriorum. Concedit etiã ut omnes gaudeant priuilegijs, gratijs, & indulgentijs, tã concessis toti congregationi, quã singulis monasterijs. Tandem mandat, ut nulli sint redditus assignati abbatibus: sed omnibus sint cõmunes redditus, communis mensa, cõmunis regula & conuersatio. Datis Romę, anno: 1432. Pontificatus sui anno. 2.

3 ¶ Idem quia monachi varijs nominibus suam congregationem appellauerat, & in plerisq; bullis, instrumentis impetratis ista uarietas uocabulorum reperitur, Concedit, ne ob hoc aliquid præiudicium accipiant, ipsi nec tales gratiæ, & scripturę pereant, aut suspectæ, vel subreptitiæ habeantur. Datis ut supra

4 ¶ Idem

### Ordinis S. Benedicti.

39

4 ¶ Idem concedit, ut monasteria nullo modo per alios, quã per monachos dictę congregationis regi & administrari possint: nec in cõmendã dari: nec pessionem aliquam super dictis monasterijs exigi: ponit sententiam excommunicationis ipso facto incurendam contrarium attentanti. Et concedit capitulo generali qd possint in eos, qui contrarium præsumpserint, auctoritate apostolica procedere. Et quòd quelibet monasteria in futurũ uenienda possint cũ uisitoribus pacta, aut conuentiones facere. Datis Florentiæ. 3. idus Ianuarij, pontificatus sui anno quarto.

5 ¶ Idem concedit dictę congregationi, ut sint exempti à qualibet iurisdictione temporalia seu ecclesiastica. Et omnia bona mobilia, & immobilia sub protectione apostolica recipit: pro qua exemptione camerę apostolicę annuatim uult, quòd soluatur

vna

### Priuilegia Fratrum

vna vncia auri per dictam congregationem in festo sanctorū Petri & pauli in signum exemptionis.

6 ¶ Præcipit ne in domibus, monasterijs, & alijs capellis dictę congregationis aliqui episcopi propria auctoritate possint celebrare ordines, vel lia iudicia exercere. Et alijs secularibus potestatibus & regibus, ne ibi habitationes sibi parent, aut faciant aliqua de supradictis, sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrant à notitia huius indulti.

7 ¶ Eisdem etiam prohibet, ne dictis monasterijs aliquas exactiones, aut onera realia seu personalia, etiam ad refectionem pontium à personis dictorum monasteriorū exigere audeant, vel imponere, sub pœna excommunicationis à notitia huius indulti incurrenda.

8 ¶ Insuper eximit dictam congregationem à quacunque decima, colle

cta, &

### Ordinis S. Benedicti. 33

cta, & subsidio per sedem apostolicam imposita, vel imponenda, nisi de hoc indulto de verbo ad verbum faciat mentionem.

9 ¶ Liberat etiam dictam congregationem à quacunque pensione, censu, tributo, quo teneantur alicui ecclesię, ordinarijs, & alijs quibuscūque personis, de bonis suis & redditibus, vel domibus, non obstante quocūque in contrarium etiam à sede apostolica indulto. Et à solutione decimarum, primitiarum, quarteciarum de omnibus bonis, quę ipsi colunt & cætera.

10 ¶ Concedit insuper quòd quilibet monachorum possit acceptare quęlibet legata, donationes, & fideicommissa, & alia bona, per mediam tamen personam: & petere, & acquirere suis monasterijs: & quòd ius habeant petendi, acti in seculo forent: & etiam bona quę illis antè competeabant, suis monasterijs acquirere.

E

11 ¶ Con-

### Priuilegia fratrum

11 ¶ Confirmat præterea omnia bona congregationis, perturbatores, & alios iniuriam facientes autoritate apostolica cõpescendo, sub excommunicationis pœna. &c.

12 ¶ Concedit etiam quòd nulla præscriptio minor quàm sexaginta annorum currat contra bona, personas, & loca dictę congregationis. Et hoc vult intelligi etiam de rebus forsan præscriptis, in quibus adhuc istud tempus nõ est absolutum: & alijs in posteram omnibus futuris temporibus de plenitudine suę potestatis.

13 ¶ Prohibet ne quis cuiuscunq; status sit aut conditionis, audeat venientem de seculo ad religionem in hac congregatione impedire, vel alienare, vel molestare, sub pœna excommunicationis: à qua non nisi in articulo mortis valeat absolui ab alto, quàm per sedem apostolicam.

14 ¶ Eandem sententiam incurrunt

rece:

### Ordinis S. Benedicti. 34

receptatores monachorum fugitiuorum, qui absque consensu præfidentis & maioris partis visitatorum, vel capituli generalis dictę congregationis vagantur, vel ad alia monasteria se conferunt arctiora, vel leuiora, etiam vigore literarum apostolicarum. & cætera.

15 ¶ Liberat etiam eos, ne possint compelli esse iudices, vel delegati, aut subdelegati, vel cõmissarij, etiam per literas à sede apostolica impetratas: nisi sine eis derogetur huic concessioni & 13 indulto.

16 ¶ Concedit etiam, ne possint auctoritate quacunq; compelli ad iurandum de calumnia, & veritate dicenda, ipsis inuitis, nec de loco ad locum trahi: nec propter præmissa aliqua censura coerceri.

17 ¶ Concedit præterea, quòd iuramentum præstitum per monachos, conuersos, cõmissos, & familiares, & nouitios

E 2

dictę

Præuilegia fratrum

dictæ congregationis validam sit, & roboris plenum in iudicio, & extra.

18 ¶ Concedit demum & præcipit, ut si forsan scienter, vel ignoranter, se mel, vel pluries, ex negligentia, vel ignorantia, seu autoritate quorumcunq; iudicum cõtra prædicta omnia, vel illorum aliqua contraire, vel contrauenire contigerit, vel contrarium obseruari: propter hoc nullum præiudicium generetur his concessionibus. Datis Florentiæ. anno. 1434. 7. Calend. Martij, pontificatus sui anno quarto.

19 ¶ Idem Eugenius confirmat omnia supradicta, exprimendo monasteria dictæ congregationis quæ tunc erant, & extendendo ad ea quæ futurum dictæ congregationi aggregabuntur.

Concedit etiam, ut prælati possint recipere quemcunq; uenientem ad dictam congregationem, etiam si alium ordinem

Ordinis S. Benedicti. 35

ordinem ingredi uouisset: & eos absoluit à uoto, dummodò in religionibus, quas prius uouissent, ipsum non emiserint. Vult etiam quòd si tales hoc modo absoluti, & professi à dicta congregatione recedant, talis absolutio nulla sit.

20 ¶ Concedit præterea de nouo eisdem prælatis, ut possint autoritate apostolica cum omnibus commissis, quandiu sub eorũ obedientia uixerint, super quocunq; uoto dispensare: excepro uoto religionis.

21 ¶ Prohibet & præcipit in uirtute sanctæ obedientiæ omnibus monachis dictæ congregationis, ne possint acceptare, impetrare, vel ambire per se, vel per alios beneficium ecclesiasticum extra dictam congregationem absq; speciali licentia capituli generalis. Et si admonitus à suis superioribus non desiterit, sententiam excommunicationis incurrat.

### Priuilegia fratrum

- 22 ¶ Concedit itidem omnibus dictę congregationis monachis, conuersis, cõmissis, & nouitijs, qui in diebus quibus est accessus pro indulgentijs ad stationes vrbis Romę, in suis monasterijs uisitauerint quinque altaria, vel pauciora si tot non fuerint in suis oratorijs, ad quodlibet altare dixerint se mel Misere mei. & nescientes dixerint Pater noster & Aue Maria, pro  
60  
63 felici statu Sanctę matris Ecclesię consequantur similes indulgentias, quas uisitantes ecclesias vrbis Romę consequuntur. Et cum sunt extra monasteria possunt etiam prædicta consequi uisitando altaria modo dicto aliquorum locorum, vel ecclesiarum.
- 23 ¶ Concedit etiam, ut sacerdotes alius congregationis possint in itinere constituti, vel alijs causa subsistente, ante diem celebrare, & usque ad hunc diem nonam inclusiue.

24 ¶ Con-

### Ordinis S. Benedicti. 36

- 24 ¶ Concedit præterea cum generale interdictum fuerit, ut liceat præfatis dictę cõgregationis, exclusis interdictis, diuina celebrare officia uoce submissa.
- 25 ¶ Concedit insuper, quod propter participationem etiam in diuinis cum excommunicatis nullam propter hoc sententiam excommunicationis, aut peccati maculam incurrant: nisi ipsi excommunicati fuerint specialiter denuntiati, aut de excommunicatione tali uniuersaliter.
- 26 ¶ Concedit etiam liberam sepulturam in monasterijs dictę congregationis omnibus, qui ibi eam elegerint, saluo tamen iure ecclesiarum, in quibus habuerint parochiam.
- 27 ¶ Confirmat demum omnia priuilegia, gratias, & concessiones tam Romanorũ pontificũ, quam aliorum, & etiam regũ & aliorum dominorum dictę cõgregationi, vel particularibus

E 4

mona-

Priuilegia fratrum

monasterijs : & extendit ad singula monasteria , ac si omnibus essent nominatim concessa, &c. Data Florentię. anno. 1434. 7. Calendas Martij, pontifica. sui anno quarto.

28 ¶ Idem Eugenius concedit dictę congregationi , vt non possint a tuthoritate ordinaria, vel quacunq; alia cõpelli ad eundum ad processiones, vel funeralia publica, præter quàm de speciali sedis apostolicę mandato.

29 ¶ Concedit etiam prælatis dictę congregationis, & alijs per eos ad hoc deputatis , vt possint capere monachos fugitiuos, vel vagos, vel etiam eos, qui absq; licentia capituli, vel præfidentis ad alia monasteria se transferunt. &c. Et tales per censuram ecclesiasticã, & alia iuris remedia, appellatione post posita, ad debitã, & solitam obedientiam redire compellant: inuocato etiam auxilio brachij secularis.

Ordinis S. Benedicti. 37

ris. Dat. Floren. 4. Calen. Nouembris anno. 1434. pontificatus sui anno quarto.

30 ¶ Idem Eugenius concedit, vt possint monachi recipere omnes sacros ordines in monasterijs suis à quocunque maluerint antistite: qui possit eos absq; licentia diœces. ordinare, & absq; aliqua examinatione: sed solum præsentatos per suos superiores: statutis tamen à iure temporibus: & possittalis antistes benedicere vestes, altaria, & alia consecrare: saluo tamen iure diœcesanorum, & alia etiam pontificalia exercere.

31 ¶ Concedit etiam, vt monachi in articulo mortis possint absolui per confessores ad hoc illis per suos superiores deputatos, ab omnibus peccatis plenariè: dummodò in his quibus satisfactio facienda fuerit, ipsi confessores denuntient hoc personis dictę congregationis, vt citius satisfiat.

- 64 Quòd si q̄ cōfidentia huiusmodi missionis aliquid cōmiserint, vult hāc concessionem ad illud eis nullatenus suffragari. Cum hoc tamē, vt monachi per vnū annū teneātur dicere singulis hebdomadibus septē psalmos pœnitētiales cum litania: & conuerſi ac commiſſi quinquagies Pater noster, & Aue Maria. extenditur etiam ad nouitios.
- 32 ¶ Concedit inſuper, vt ſi qui excōmunicati recipi petierint in dicta congregatione, poſſint prælati, iniuncta illis pœnitentia & ſatisfactione poſſibili præmiſſa, abſoluere & recipere ad probationem: in qua ſi permaſerint gaudeant indulgentia: ſi autem diſceſſerint, reincident in eandem.
- 33 ¶ Concedit præterea, vt conſeſſores monachi ad hoc per ſuos prælatos deputati poſſint audire conſeſſiones ſecularium, & abſoluere ab omni vinculo & cenſura, à iure, vel ab homine lata: & à caſibus etiam per ordinarios,

- narios, vel ſuas ſynodos reſeruat: & ſuper quolibet voto diſpenſare: & Sacramentum eucharistiæ conferre toties quoties ei viſum fuerit.
- 34 ¶ Concedit etiam, vt monachi poſſint in omnibus illis caſibus cenſuris & votis abſolui, vel diſpenſari per ſuos prælatos, de quibus ſi exempti non eſſent, recurrentum eſſet ad ſuos diœceſanos vel ordinarios.
- 35 ¶ Prohibet inſuper, ne quis audeat mulieres laicas, aut religioſas cuiuſcūque ſtatus ſint, in monaſterijs dictę cōgregationis introducere, aut ipſæ ingredi audeāt, vel intra eorū ſepta manere, ſub pœna excōmunicationis quā ipſo facto incurrāt monachi, ſi eas libèter receperint: à qua ipſi de congregatione poſſint abſolui per præſidēs & viſitatores dictę cōgregationis: de alijs non dicit, cui reſeruetur abſolutio.
- 36 ¶ Concedit præterea, vt abbates dictę congregationis licèt benedictio-
- nis

### Priuilegia fratrum

nis munus non acceperint, possint tamen regere, gubernare, & administrare in omnibus monasterijs, & per omnia acsi verè benedicti essent, & insignia deferre, & paramenta ecclesiastica benedicere.

37 ¶ Concedit etiam, vt monachi dictæ congregationis dummodò professionem emiserint, & honestè vixerint in religione, defectu nataliū non obstante, possint ad sacros promoueri ordines, necnon ad officia, administrationes, dignitates & prælaturas. Datis Romæ. anno. 1436. pridie Calend. Iulij, pont. sui anno. 6.

38 ¶ Idem Eugenius concedit, quòd transgressio statutorum, constitutorum, & aliorum capituli generalis nõ obliget ad peccatum mortale: nisi contrarium fiat ex contemptu. Mandatis tamen suorum prælatorum obediant monachi: nec ab eis appellare liceat, nec etiam ad sedem apostolicam: nisi  
super

### Ordinis S. Benedicti 39

super hoc à dicta sede indultum sit eis, aut alicui eorum.

39 ¶ Cõcedit prælatis, q̄ non teneantur recipere monachos inobedientes, & scandalosos, qui priùs, vt se subtraherent ab ipsorum obedientia, literas, aut alias facultates à sede apostolica impetrarunt: & postea inuitis prælatis petunt recipi obtentu aliarum literarum. Præcipit, q̄ si non faciant plenam mentionem de hoc indulto: & de mente Summi Pontificis appareat. certum, velle huic indulto derogare, non possint tales prælati compelli ad eos recipiendum per quacunque personam quacunque fulgeat dignitate.

40 ¶ Concedit etiam, quòd monachi obedientiarij, qui choro non inter sunt, non teneantur ad totū officium persoluendum, si commodè ipsis obedientijs impediti non possunt persolvere, verum dicant officium de nostra Domina, & prælati aliquid eis  
iniun-



Privilegia fratrum

iniungant pro reliquo officio: dummodò in sacris ordinibus non sint constituti. Extenditur hoc etiam ad eos, qui non sunt bene experti in recitatione horarum: aut sunt minùs docti, vel nesciunt legere: dummodò in sacris non sint constituti. Datis Bononiæ pridie Calend. Iulij, anno. 1436. Pontificatus sui anno sexto.

41 ¶ Idem extendit quod concesserat de sepultura ad laicos, saluo iure parochianorum: quòd nihil teneantur de sibi legatis relictis in ultimis voluntatibus, seu inter viuos, vel aliquam decimam, vel aliam portionem ratione funeris dare diocesanis, vel alijs quibuscunque, annullando omnes censuras, si quas in dictos monachos propter hoc aliqui promulgaerint. Datis Bononiæ quinto nonas Iulij, anno. 1436. Pontificatus sui anno sexto.

42 ¶ Idem

Ordinis S. Benedicti. 40

42 ¶ Idem concessit, quòd & si per aliquos Romanos pontifices successores suos forsan aliquando, aut per ipsum etiam emanarint cassationes aliquæ, vel annullationes vnionum, seu annexionum beneficiorum, prioratum, & aliarum ecclesiarum ad alia monasteria, collegia. &c. factarum seu faciendarum, seu quòd non possint talia vniri, vel incorporari, nõ intelligatur de vnionibus, vel incorporationibus huic congregationi factis aut faciendis: nisi in talibus cassationibus literæ talium vnionum de verbo ad verbum infererentur: ac etiam de ipsamet congregatione fiat mentio. Datis Bononiæ sexto nonas Iulij anno. 1436. Pontificatus sui anno sexto.

43 ¶ Idem concessit, quòd possint cum licentia capituli generalis, vel presidentis & omnium visitatorum prælati de bonis suorum monasteriorum  
mobi-

### Priuilegia fratrum

mobiliū siue immobiliū vendere ad valorem ducentorū Florenorū auri de camera pro qualibet vice, non amplius, absq; hoc quòd sedes apostolica consulatur: dum tamen hoc sit expediens ipsis domibus. Super quo orerat conscientias præfidentis & visitatorum, & ipsius capituli generalis. Datis Bononiæ sexto nonas Iulij, anno. 1436. pontific. sui anno sexto.

44 ¶ Idem Eugenius cōcedit, quòd quandoq; contigerit aliquem abbatem, seu alium prælatum abesse à suis prælatijs propter guerram, vel propter negotia congregationis, vel quia sic visum est capitulo, vel præfidenti, & visitatoribus: possit dictum capitulum, vel præfidentis alios nominare prælatos, qui regant dicta monasteria in spiritualibus & temporalibus tempore absentia suorū prælatorum. Et q̄ talib⁹ prælatis absentibus possint capi-

### Ordinis S. Benedicti. 41

capitulum, præfidentes, & visitatores alia etiam monasteria tum temporis cōmittere: etiam si aliorum monasteriorum titulum habeant & nomē. Datis Bononiæ idibus Augusti. Anno. 1437. Pontific. sui anno sexto.

45 ¶ Innocentius octauus concedit dictæ congregationi, vt possint eligere in conseruatores personas indignitatibus constitutas, qui teneantur acceptare per prælatos congregationis requisiti tale munus in virtute obedientia eis præcipiendo, ne quid contra faciāt: dummodò tales personæ secundum dispositionem iuris communis eligi possint in conseruatores. Datis Romæ anno. 1485. Pontificat. sui. anno secundo.

46 ¶ Idem concessit illis, quòd possint procedere contra monachos fugitiuos suæ congregationis: qui virtute literarum apostolicarum non dimisso habitu vagantur, vel ad alia etiam

Priuilegia Fratrum

monasteria sancti Benedicti se transfere-  
runt, in quibus obseruantia regularis  
non viget. Ad quod etiam exequen-  
dum possint brachium seculare inuo-  
care. Datis Romæ. 10. Decembris an-  
no. 1485. Pontific. sui anno secundo.  
47. ¶ Idem confirmando superio-  
rem Eugenij concessione de aliena-  
tionibus bonorum dictæ congregatio-  
nis concedit, quòd quodocunque si-  
miles alienationes, permutationes.  
&c. bonorum mobilium, vel immobi-  
lium dictæ congregationis fieri de-  
beant in aliquo dictæ congregatio-  
nis monasterio, primitus consulantur  
diffinitores dictæ congregationis: qui  
omnes, vel eorum duo ad minus con-  
siderata qualitate rerum & utilita-  
te alienationum, si videant in eu-  
dentem cedere meliorationem do-  
mus vel monasterij, decretum inter-  
ponant: & licentiam præstent, sine qua  
nihil possit fieri à prælatis. Et cum  
sic.

Ordinis S. Benedicti.

42

fieri contingat, non excedat in quali-  
bet vice ducentorum florenorum auri  
summam, & semper pretium deponant  
in sacrario vel alio seculo loco, vel pe-  
nes fide dignam personam cum debi-  
tis cautelis. Et illud non nisi in eas res  
insumatur, ex quibus euidenter utilitas  
resultet monasterio. Datis Romæ ter-  
tio calendas Decembris anno. 1485.  
Pontificat. sui anno secundo.

48. ¶ Idem rursus concedit quod an-  
tea de conuersatoribus concesserat,  
nil noui addens, nisi quòd expressius  
& clarioribus verbis eadem tractat &  
agit. Datis Romæ. 4. idus Iulij. anno.  
1486. Pontificat. sui anno. 2.

49. ¶ Alexâder. 6. cõcedit cõfirmâdo  
oës cõcessiones apostolicas & priuile-  
gia dictæ cõgregatiõis cõcessa: & specia-  
liter de capitulo generali & electiõni-  
bus. Et absoluit oës monachos à quibus-  
uis cõsuris ad effectû cõsequendi illas  
gratias. Et de nouo concedit, quòd su-

### Priuilegium Fratrum

per quacūq; vnione prioratum &c. possint prælati dictæ congregationis cõuentiones facere, etiam si iure sint prohibitæ, cum quacunque retentione fructuum, vel alia pensione. Et supplet omnes defectus, si qui forsan inciderint in similibus. Et annullat omnes impetrationes monasteriorum, & aliorum membrorum dictæ congregationis, etiam si per cardinales sint impetratæ, & ius sit iam illis quæsitum. Adidit præterea vt quoties dubium fuerit in declaratione, vel intellectu priuilegiorum dictæ congregationis, semper per per iuris peritos & alios iudices in fauorem dictæ congregationis interpretetur. Datis Romæ calendis Aprilis. anno. 1501. Pontifi. sui anno. 8.

50 ¶ Iulius secundus cõcessit, vt monasterium Calsinense, in quo est corpus sancti Benedicti, esset caput dictæ congregationis. Et congregatio in posterum nuncuparetur Calsinensis. Et q̄

pri-

### Ordinis S. Benedicti. 43

priuilegia congregationi cõcessa sub nomine sanctæ Iustinæ, videantur cõcessa nomine Calsinensis: quæ omnia de nouo confir. Da. Ro. an. 1514. 17. calendis Decemb. Põtifi. sui anno. 1. 51 ¶ Idem concessit congregationi sancti Benedicti Vallisoleti, vt possint gaudere priuilegijs omnibus concessis congregationi Calsinensi conformando se dictæ congregationi quantum possint. Datis Romæ. 18. calend. Iulij anno. 1505. Pontifi. sui anno. 2. 52 ¶ Idem Iulius concessit Episcopis Palentinens. çamoren. & Abulens. vt supra dictam concessionem exequendo, quandocunq; per generalem prælatum congregationis Vallisolet. vel eius diffinitores, vel eorum aliquem fuerint requisiti: suam interponant auctoritatem, quò facilius ipsi prædictis priuilegijs gaudeant, & rebelles & cõtra venientes auctoritate apostolica coerceant appellatiõem postposita. Da. Ro. vt sup.

F 3

GRA.

Privilegia fratrum  
**GRATIÆ SVM**  
 morum Pontificum &  
 Legatorum monasterio beatæ Mariæ  
 Montis ferrati cōcessit, ac primū po-  
 nuntur gratiæ statum ipsius mo-  
 nasterij concer-  
 nentes.

**B**ENEDICTVS  
 13. Monasterium mōtis  
 ferrati per priorem an-  
 tea gubernari solitum, in  
 abbatialem dignitatem  
 erexit: concessitque vt abbas possit  
 vti baculo, mitra, & alijs insignijs, & q̄  
 plenam haberet iurisdictionē in mo-  
 nachos & vasallos monasterij Riui-  
 pullense in visitando & appellando,  
 sicut ante dictam exemptionem fieri  
 consuevit. Datis. 5. idus Martij  
 Pontificat. sui anno. 10.

¶ Martinus quintus eximit istud  
 mona-

Ordinis S. Benedicti. 44  
 monasterium à subiectione & depen-  
 dentia monasterij Riuipullēsis: vt ab-  
 bas admitteretur ad capitula genera-  
 liaprouinciæ, & ad actus & voces ordi-  
 nis & cōgregationis sicut ceteri abba-  
 tes non cognoscētes superiorem. Da-  
 tis Romæ. 8. calendas Octobris, Pon-  
 tific. sui anno. 2. hoc idem confirmauit  
 Eugē. 4. ann. 1430. Ponti. sui ann. 1.

¶ Dalmatius Archiep. Tarracoñ. de  
 cimas, subsidia, & alias impositiones p̄  
 istam domū cameræ apostolicæ solui  
 solitis ad medietatē reduxit, ita vt q̄n-  
 cunq; aliqua decima, aut alia quæuis  
 impostio solui debeat cameræ aposto-  
 licæ, senper recursus habeatur ad hāc  
 taxationē. Dat. Tarraco. 17. April. an.  
 1423. Pontific. domini Martini ann. 6.

¶ Alexāder. 6. cōcessit q̄ abbas hu-  
 ius monasterij possit recipere in mona-  
 chos & res quoscūq; religiosos alia-  
 rū religionū nō obseruatiū, etiā si fue-  
 rint nēdicātes, absq; alicuius alterius

E 4 licen-

Privilegia Fratrum

licetia vel facultate. Datis Romæ anno. 1495. Pontific. sui anno tertio.

¶ Iulius secundus per literas sacre pœnitentiariæ concessit ac confirmavit consuetudinem antiquam huius monasterij vendendi candelas ceras cum impressione imaginis beate Mariæ: nec non victualia omnia cum aliquo lucro, ad supportanda onera monasterij & hospitalitatem peregrinorum & pauperum: dummodò in hoc non excedatur notabiliter. Datis Romæ. 13. calendas Iulij. ann. 1503. Pontific. sui anno. 2.

¶ Idem Iulius per literas sacre pœnitentiariæ concessit abbati & conventui huius monasterij, q̄ manendo semper triginta lampades accensas in ecclesia Beate Mariæ Virginis ante altare die ac nocte, possit acceptare & recipere omnes alias decimas pro alijs lampadibus accensis manutenendis, absque alicuius censu

12

Ordinis S. Benedicti. 45

ræ incurfu & cōscientiæ scrupulo. Datis Romæ calendis Iulij. ann. 1503. Pontific. sui anno. 1.

¶ Idem Iulius per literas pœnitentiariæ concessit, quòd possit abbas & conventus huius monasterij, habita prius licentia generalis congregationis, vendere calices, casulas, & alia ornamenta quæ fuerint superflua & mobilia: dummodò id fiat ad sustentationem pauperum & peregrinorum, vel monachorum: quando redditus monasterij ad hoc non sufficiunt. Datis vt suprâ.

¶ Idem Iulius per literas pœnitentiariæ approbavit & confirmavit consuetudinem, quam hoc monasterium ab antiquo habet, tenendi publicè macellum, in quo vendantur carnes monasterio & peregrinis: & cum impositione pretij, scilicet vt minoris vendatur monasterio, pluris verò alijs vendentibus, etiam si sint personæ eccle-

F 5      siasticæ:

### Privilegia Fratrum

fiastica: & quòd possit fieri absq; conscientia: scrupulo, & censura: incurfu: Dummodò impositio pretij sit moderata. Datis Romæ. 4. nonas Iulij ann. 1503. Pontificatus sui anno primo.

¶ Idem Iulius viua: vocis oraculo concessit, quòd abbas huius monasterij possit benedicere pallas, casulas, paramenta, & alia ornamenta ecclesiastica, in hoc monasterio, & illius grangijs, prioratibus, & alijs partibus ab isto monasterio dependentibus: Cuius concessionis de mandato ipsius papæ fidem fecit reuerendissimus dominus Franciscus cardinalis sanctæ Sabinæ Episcopus Elnensis. &c. Datus Romæ nono Februarij anno. 1505. Pontificat. Domini Iulij anno secundo.

¶ Idem Iulius per literas sacra: pœnitentiariæ declarauit concessionem Martini quinti, qua concedit toti congregationi, vt possint cõfessores. depu

### Ordinis S. Benedicti. 46

putati absoluere seculares à casibus & censuris Episcopo reseruatis: & dispensare in votis etiam episcopo reseruatis. Et quia dubitatur an possent cõfessores dispensare inter coniugatos, qui consummato matrimonio cum cõ sanguineis alterius coniugis adulterium commiserint, ad petendum coniugale debitum, declarauit Iulius posse cõfessores dispensare: & ita intelligi debere Martini quinti concessionem. Et in hoc dubitare asserit pontifex esse sapere plus quàm oportet. Datis Romæ quarto calēdas Augusti anno. 1503. Pontificat. sui anno primo.

¶ Reuerendissimus D. Ioannes de Saluatiatis diaconus cardinalis Titu. sanctorum Cosmæ & Damiani legatus cõcessit abbati huius monasterij, vt possit quando expedire cognouerit eligere numerum cõfessoru: ad audiendu: cõfessiones secularium: qui per bullas. con.

Priuilegia Fratrum  
congregationis solū possunt esse qua-  
tuor: & cum simili potestate & faculta-  
te quam dicti quatuor habent. Datis  
in hoc monasterio anno, 1525. 3. idu.  
Augusti. Pontificat. domini Clemen-  
tis. 7. anno. 2.

*De celebratione Missarum.*

**V**Rbanus quintus concessit fratri  
Iacobo de Viuarijs priori huius  
monasterij, vt possit celebrare missam  
per se vel alium in hoc monasterio an-  
te diurnā lucem: dummodò id sit pau-  
lulum ante lucem. Datis Auinioni. 6.  
calendas Septembris anno. 1369. Pon-  
tifi. sui anno. 1. Innocētius sextus simi-  
lem gratiā concessit Auinioni. 8. idus  
febrarij, Pontifi. sui anno. 7.

¶ Alexander sextus concessit ab-  
bati & conuentui huius monasterij,  
vt possit recipere quaslibet eleemo-  
synas, legata, & donatianes, ac alia bo-  
na, cum onere missarum, anniuersa-

rio

Ordinis S. Benedicti. 47  
riorum, & aliorum suffragiorum: etiā  
si tot fuerint, quæ p̄ monachos & pres-  
byteros huius monasterij explerine-  
queant. Dummodò ipsi monachi qua-  
libet hebdomada vnā faciant com-  
memorationem pro defunctis bene-  
factoribus, & per singulos menses v-  
num solenne anniuersarium: & quòd  
omnes missæ quotidianæ dicantur etiā  
pro ipsis benefactoribus: & recipian-  
tur ad participationem omnium mis-  
sarum & spiritualium bonorum, quæ  
in ipso monasterio fiunt. Datis Romæ  
anno. 1495. die prima Augusti. Pont.  
sui anno. 3.

Iulius secundus per literas pœniten-  
tariæ concessit, q̄ & si in superiore cō-  
cessione Alexander mandauerit om-  
nes missas per monachos debere ce-  
lebrari pro ipsis benefactoribus mo-  
nasterij, ad consecutionem dictæ gra-  
tiæ: hoc non obstante possint mona-  
chi & presbyteri monasterij dicere  
mis-



### Priuilegia Fratrum

missas pro multis defunctis, & allos secundum consuetudinem congregationis & ordinis. Et quod etiam his missis sic dicendis consequantur predictam gratiam: dummodo semper in illis orent pro benefactoribus. Datis Romæ anno. 1504. 13. calendis. Aprilis, Pontifica. sui anno. 1.

¶ Alexander sextus concessit monachis & alijs presbyteris huius monasterij: & etiã alijs ad ipsum quotidie conuenientibus, q̄ possint celebrare missam ante lucem statim post horam secundam medix noctis. Et quod monachi & presbyteri domus si pro negotijs extra monasterium fuerint, possint in ipsis locis, ubi se inuenerint, celebrare paulò ante lucem: si in ipsis locis fuerit interdictum ordinariũ, vel cessatio à diuinis secundum consuetudinẽ Taraco. prouinciæ: & possint sic celebrando tẽpore talis cessationis & interdicti admittere ad diuina familiares & seruito-

### Ordinia S. Benedicti. 48

uitores suos. Datis Romæ ann. 1499. quinto calendis Maij, Pontificat. sui anno septimo.

¶ Clemens septimus concessit abbati huius monasterij quod quælibet missa quæ in altari maiori huius monasterij celebrabitur pro anima alicuius defuncti: tantum illi suffragetur in omnibus & per omnia, ac si in altari ecclesie monasterij sancti Gregorij ordinis sancti Benedicti de vrbe Roma celebraretur. Et quod ista concessio duret ad vitam ipsius summi pontificis & Caroli quinti Romanorum Imperatoris. Datis Bononiæ die. 16. Februarij anno. 1533. Pontificatus sui anno decimo. Paulus tertius hanc gratiam extendit ad vitam suam & Philippi nunc regis Hispaniarum.

Facul-

Priuilegia Fratrum  
Facultates absoluendi, & sacramen-  
ta ministrandi, & uota com-  
mutandi.



Onifacius nonus cōces-  
sit priori huius monaste-  
rij quòd possit dispensa-  
re super votis uisitationis  
huius domus, & illa vo-  
ta in alta pia opera commutare: nec  
non confessiones omnium laicorum  
ad hoc monasterium uenientium au-  
dire: & eos absoluere ab omnibus ca-  
sibus, propter quos sedes apostolica  
non fuerit aduenda: saluo tamen iure  
presbyterorum parochianorum: idēq;  
ad vitam Vincentij Viuarij tunc prio-  
ris huius monasterij. Datis Romæ. 6.  
calendas Iulij anno. 1375. Pontifica.  
sui anno. 8.

¶ Benedictus. 13. concessit abbati  
huius monasterij quod possint omnia  
sacramenta ecclesiastica conferri ue-  
nienti

Ordinis S. Benedicti. 49

nientibus ad hoc monasteriū, per mo-  
nachos aut presbyteros ad hoc per ab-  
batem deputatos. Licet hoc ab anti-  
qua cōsuetudine iam obtinuerint. Da-  
tus Tarraconæ. 8. idus Septembris an-  
no. 1413. Pontifi. sui anno. 16.

¶ Idem Benedictus concessit qd ab-  
bas huius monasterij possit monachos  
vel presbyteros ad audiendum confes-  
siones secularium deputare, qui eos  
possint absoluere ab omnibus casibus,  
etiam episcopo referuatis: exceptis in  
cendio, sacrilegio, & monialium viola-  
tione. Dat. Cæsaraugustæ. 13. calend.  
Maij an. 1414. Pont. sui ann. 17.

¶ Reuerendissimus dñs Petrus de  
Fuxo S. Stephani in Cælio mōte pres-  
byter cardinalis legatus apostolicus  
concessit, quòd confessores deputa-  
ti possint etiam absoluere à dictis tri-  
bus casibus per Benedictū referuatis.  
Dummodò quē semel à dictis casibus  
absoluerint, iterū nō possint ab eisdē

G virtū-

### Priuilegia fratrum

virtute huius indulti absoluere. Datis Barcinoniæ anno. 1438. Pontific. Martini quinti anno. 11.

¶ Idē reuerendissimus cardinalis cōcessit abbati huius monasterij, vt possit per se vel alios per eum ad hoc deputatos vota de visitando hanc domum, & de seruiendo in ea commutare, & dispensare super eis: dummodo talis dispensatio & commutatio sit in meliorationem monasterij: & talia vota non fuerint solennizata. Datis in Castro ciuitatis Vrgellensis. quarto idus Iunij, Pontific. D. Martini. 5. anno. 13. anno. 1440.

¶ Clemēs. 7. per literas sacræ penitentiariæ cōcessit abbati huius monasterij, vt per se vel alios ad hoc per eum deputados possit componere cum confratribus huius monasterij super rebus incertis malè acquisitis, vel de tentis, vel ablatiis secundum talium facultates: & talem compositionem in  
hospi

### Ordinis S. Benedicti. 50

hospitalitatem & sustentationē huius monasterij cōuertere, vel ad alios pios vsus applicare: nō obstantibus quibuscunq; literis à sede apostolica in fauorē cruciatæ vel fabricæ S. Petri, vel redēptionis captiuorū cōcessis. Dat. Bononiæ. 4. calend. April. anno. 1530. Pontif. sui an. 7.

### ¶ De ordinibus.

**I**nnocentius octauus cōcessit, quòd quilibet Episcopus possit ad solam requisitionem prioris huius monasterij statutis à iure temporibus omnes sacros ordines conferre monachis & seruitoribus & domesticis huius domus, nullius alterius ad hoc licentia requisita. Datis Romæ sexto calend. Iulij, Pontificat. sui anno. 8.

¶ *Indulgentiæ pro benefactoribus  
& uisitantibus hoc monasterium.*

Priuiligia Fratrum

**I**oannes. 22. cōcessit visitantibus ecclesiam huius monasterij in singulis festiuitatibus beatæ Mariæ necnon in natiuitatis, resurrectionis, & ascensionis dñi solennitatibus centū dies indulgentiæ: & in singulis diebus octauarum istarum festiuitatum. 50. dies. Dat. Auinio. calen. Septēb. an. 1272. Pont. sui, an. 11.

¶ Bonifacius. 9. concessit visitantibus hoc monasteriū in natiuitate beatæ Mariæ & per octauas illius eandem indulgentiā, quā consequerentur visitando ecclesiam sanctæ Mariæ de Portiuncula extra muros ciuitatis Assisij in primis duobus diebus mensis Augusti. Datis Romæ. 6. calend. Iulij an. 1396. Pontifi. sui anno octauo. Cōciliū Basiliense approbavit & cōfirmavit hanc indulgentiā: & declarauit quod a primis uesperis dictæ festiuitatis currit prædicta indulgentia. Datis Basileg

11. calen.

Ordinis S. Benedicti. 52

11. calend. Iulij anno. 1440.

¶ Reuerendissimus cardinalis sancti Stephani legatus cōcessit omnibus elemosynas porrigentibus in natiuitatis, Circūcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Petecostes, Corporis Christi, Natiuitatis, Annūtiationis, Purificationis, Assumptionis beatæ Mariæ, & natiuitatis beati Ioannis, & sanctorū Petri & Pauli, & dedicationis istius ecclesie, & omnium sanctorū festiuitatibus, duos annos & totidem quadragenas de indulgentia: & in missa, & in primis & secundis uesperis natiuitatis beatæ Mariæ uirginis quinq; annos & totidem quadragenas: per octauas uero tres annos & totidem quadragenas: & cuiunque alias elemosynā porrigenti ad sustentationē huius domus centum dies indulgentiæ. Dat. Casaraugustæ 14. calend. maij anno. 1414.

¶ Reuerendissimus D. Antonius Puccius nūtius apostolicus concessit

G 3

visitant

Priuilegia fratrum

uifitatibus hoc monafteriũ, ac largiẽti  
bus eleemofynas in feftiuitatibus pu  
rificatiõis, annũtiationis, & affumptio  
nis Beatæ Mariæ. 7. annos & totidem  
quadragenas indulgẽtię. Datis in hoc  
monafterio anno. 1514.

¶ Clemẽs. 7. qui fufpẽderat paulo  
antẽ indulgẽtijs ppter annũ iubilei,  
renocauit dictã fufpentionẽ quãtũ ad  
indulgentias huius monafterij, ac fita  
lis fufpenfio facta nõ fuiſſet. Da. Rom.  
prima Iunij anno. 1526. Põr. fui. an. 3.

¶ Reuerendiſſimus dñs Ioãnes de  
Saluatis Cardinalis legatus conceſſit  
uifitatibus hanc eccleſiã in feftiuitati  
bus annũtiationis & affumptionis bea  
tæ Mariæ. 7. annos, & totidem quadra  
genas indulgentiæ. Datis in hoc mo  
nafterio. 3. idus Auguſti anno. 1526.

¶ Idẽ conceſſit uifitantibus orato  
ria ſeu eremitoria quæ ſunt in illo mõ  
te in feftiuitate affumpt. beatæ Mariæ  
& in feftiuitatib⁹ inuocationũ ipſorũ

orato

Ordinis S. Benedi. 52

oratoriorũ. 7. an. & totidẽ quadrage.

¶ Gratiæ pro confratribus huius  
monafterij.



Nicolaus. 5. conceſſit con  
fratribus huius monaſte  
rij vt poſſent eligere cõ  
feſſorẽ, qui eos in articu  
lo mortis plenariẽ poſ  
ſit abſoluere. Dũmodò ipſi cõfratres  
pro hoc cõfeſſionali debeãt per vnũ  
annum integrum ieiunare omnibus  
ſextis ferijs : vel ſi hoc non poſſint im  
plere, aliud pietatis opus faciant de  
conſilio confeſſorũ ſuorũ. Dat. Rom.  
anno. 1452. Pontificatus ſui anno. 7.

Innocẽtius. 8. conceſſit q̄ cõfeſſor  
per ipſos cõfratres electus poſſit illis  
cõmutare annuale ieiunium in aliud  
opus: & quòd poſſint etiã ſemel in vi  
ta abſolui ab omnibus caſibus: etiã ſe  
di apoſtolice reſeruatis, & de alijs to  
ties quoties illis bene viſum fuerit.

G 4 Et

Privilegia Fratrum

Et quòd corpora confratrum defunctorum possint tempore interdicti sepeliri cum solita pompa : dummodò ipsi causam non dederint interdicto. Datis Romæ, anno. 1438. Pontific. sui anno quarto.

¶ Alexander. VI. ordinavit, vt confratres tempore ingressus in dictam confraternitatem pro consecutione indulgentiarum debeant solvere vnum regale cum dimidio : & pro commutatione annui ieiunij aliud regale cū dimidio. Datis Romæ. 1494. Pontifi. sui anno tertio.

¶ Idem Alexander concessit, vt regale & dimidium ratione commutationis dicti ieiunij soluendum possit commutari in orationes dicendas per dictos cōfratres arbitrio Abbatis huius monasterij, & confessorum per eundem putatorum. Datis Romæ anno. 1494. Pont. sui anno tertio.

¶ Idem Alexander reduxit supra dictam

Ordinis S. Benedicti.

53

dictam quantitatem huius confraternitatis ad sextam partem vnius ducati. Et concessit q̄ tales confratres etiam si non visitent hanc domum, soluendo talem summam, vel mittendo suo nomine ad dictum monasterium, consequantur omnes indulgentias concessas illud visitantibus. Et quòd tales vbiunque existant, tempore interdicti ordinarij possint audire diuina officia & ecclesiastica sacramenta accipere. Datis Romæ, anno. 1495. Pontificat. sui anno tertio.

¶ Idem Alexander concessit, vt confratres huius monasterij possint tempore interdicti audire diuina officia, & eorum corpora tali tēpore cum solita pompa sepeliri: etiam si tale interdictum contingat esse Tarraconensis Prouinciæ : cuius constitutionibus ac consuetudinibus etiam apostolicis & alijs quibuscunque ad effectum istius gratiæ duntaxat derogare intendit.

Privilegia fratrum  
tendit. Dummodò ipsi confratres cau-  
sam nõ dederint interdicto. Datis Ro-  
mæ apud sanctũ Petrum anno. 1499.  
Pont. sui anno octauo.

¶ Iulius. II. confirmauit confraternitatem huius monasterij: & concessit q̄ Abbas possit minuere taxam confraternitatis, & in totum si uellet, tollere dictam sextam partem vnius ducati, & quòd ad id tantum obligentur confratres soluendum pro consecutione indulgètiarum, quod per Abbatem huius monasterij illis fuerit in dictum. Concessit, etiam vt soluendo pro anima alicuius defuncti quartam partem illius taxæ, quæ pro uiuis solui cõsueuerat, quæ erit vigesima quarta pars vnius ducati, per modũ suffragij, talis defunctus fiat particeps omnium bonorum, quæ in hoc monasterio fiunt, & eius montaneis, & in tota congregatione Sancti Benedicti Hispaniarum. Concessit etiam omnibus porri

Ordinis S. Benedicti. 54  
porrigentibus eleemosynas ad sustentationem huius domus. 7. annos & totidem quadragenas indulgentiæ. Datis Romæ anno. 1504. Pont. sui anno primo.

¶ Reuerendus Alfonso de Cepeda Canonicus Cordubensis iudex deputatus per dominum Iulium. II. declarauit, q̄ confratres huius monasterij etiam extra monasterium possunt absolui virtute talium indulgètiarum soluendo dictam taxam: & quòd possunt absolui semel in vita ab omnibus casibus sedi apostolicę reseruatis: Exceptis contentis in cœna Domini: de alijs toties quoties. &c. Et quòd tẽpore interdicti possunt sepeliri cum solita pompa: Et gaudere omnibus indulgentijs illis concessis: etiam si non obtulerint se & sua monasterio. Datis Romæ anno. 1504. Pont. Domini Iulij anno primo.

¶ Leo. X. Concessit confratribus

Priuilegia Fratrum

bus huius monasterij, quòd etiam tem-  
pore interdicti possint diuina audire,  
& ecclesiastica sacramenta suscipere  
quo uoluerint, præter quàm in die pas-  
chæ. Et q̄ ab hac vita decedentes par-  
ticipes fiant omnium bonorum, quæ  
in vniuersali ecclesia fiunt. Et quòd tẽ-  
pore quadragesimæ, & etiam alijs tem-  
poribus uisitando tria altaria, uel duo,  
aut vnum, si plura non fuerint, in lo-  
cis ubi se inuenerint, & recitando ad  
singula altaria septies orationem do-  
minicam & salutationem Angelicam,  
eadem indulgentias & peccatorum  
remissiones consequantur, quas con-  
sequerentur uisitando septem eccle-  
sias vr̄bis Romæ in eisdem tempori-  
bus. Item q̄ tales confratres, qui fue-  
rint nobiles, uel de nobili genere, &  
presbyteri, & graduati, uel notabiles  
ciues possint tenere altare portabile  
& ibi audire, uel celebrare missam uel

inter

Ordinis S. Benedicti. 55

interdicti, in præsentia suorum dome-  
sticorum & familiarium. Item quòd Ab-  
bas huius monasterij possit dispensa-  
re in votis confratrum, & ea commuta-  
re, exceptis voto Hierosolymitano,  
Romano, Cõpostellano, & castitatis,  
& religionis: & iuramenta sine præiu-  
dicio tertij relaxare: & q̄ huic conces-  
sioni nequaquam derogetur per cru-  
ciatas, aut per indulgentias fabricæ  
apostolorum sub quibuscũque clausu-  
lis derogatorijs concessis. Dat. Ro-  
mæ anno. 1514. Pontificat. sui anno se-  
cundo.

¶ Idem Leo concessit confratri-  
bus huius monasterij, ut uisitando tria  
altaria ubi se inuenerint, & recitando  
ad quodlibet altare ter orationem do-  
minicam cum salutatione angelica,  
consequantur omnes indulgentias &  
stationes prædictas. Concessit etiam  
q̄ abbas huius monasterij, monachi,  
eremita, & donati postquam professi  
fuerint



### Priuilegia Fratrum

fuerint in hoc monasterio, sint eius confratres, & gaudeant omnibus priuilegijs confratribus concessis. Concessit etiam omnibus facientibus elee mosynam huic monasterio decem annos & totidem quadragenas indulgentiæ. Datis Romæ anno. 1515. Pontifici sui anno secundo.

¶ Julius. I I. concessit, quod omnia legata, elemosynas, donationes & alia pia opera, quæ indifferèter conringat fieri sub nomine Beate Mariæ Montisferrati, intelligantur esse huic monasterio legata, vel donata, & non alijs cappellis eiusdè tituli per orbem ædificatis: nisi specialiter nominentur dictæ capellæ. Dat. Romæ ann. 1512. Pont. sui anno. nono.

¶ Adrianus. V I. confirmauit omnes indulgentias per suos prædecessores huic monasterio & confratribus concessas: ac de nouo cōcessit, vt confessor electus ab ipsis cōfratribus pos-

lit

### Ordinis S. Benedicti. 56

sit eos absoluerè plenariè semel in uita, ac plenissimam omnium peccatorum remissionem concedere. Datis Tarraconæ anno. 1522. Pont. sui anno primo.

¶ Multæ sunt aliæ concessiones apostolicæ monasterio Montisferrati concessæ: sed quia aliqua illius domus negotia peculiaria concernunt, ea prætermisimus.

¶ Finis priuilegiorum fratrum  
ordinis Sancti Bene  
dicti.

